



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1625

Tractatvs Primvs, De Varijs Ad Catholicam Fidem, Gratiæque Statum
Vocationibus, & perfecta peccatorum conuersione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39652

R. P.

LVDOVICI DE PONTE SOCIETATIS

IESV THEOLOGI,

TRACTATVS PRIMVS,

DE VARIIS AD CATHOLICAM FIDEM,
GRATIÆQUE STATVM VOCATIO-
nibus: & perfecta peccatorum
conuersione.

INTRODVCTIO.

DE QVATVOR DIVINIS BENEFICIIS,
in quibus salus ac perfectionis nostrae opus consistit.



INTER INNUMERA BENEFICIA, quæ ab infinita bonitate & liberalitate Magni nostri DEI ac Domini in bonum & utilitatem hominum procedunt, maxime eminent illa, quæ Apostolus vocat PRÆDESTINATIONEM, VOCATIONEM, IUSTIFICATIONEM, & GLORIFICATIONEM: quorum ordinem disponens dixit: *a quos PRÆSCIVIT, & PRÆDESTINAVIT conformes fieri imaginis Filii sui, hos & vocavit: & quos VOCAVIT, hos & iustificavit: quos autem IUSTIFICAVIT, illos & GLORIFICAVIT.* In quibus beneficiis summa consistit omnium, quæ pertinent ad nostram salutem & perfectionem. Cuius primus fons & origo est PRÆDESTINATIO, & paterna DEI providentia: Ideo scilicet quædam ac dispositio inuisibilis, & æterna, omnium mediorum, quibus electi sint spiritualem gratiæ vitam, & ipsam postea æternam consecuturi: ut in utraque vita similes sint viuæ filij eius IESV Christi veri DEI & hominis imagini: ipse enim caput est, & exemplar omnium prædestinatorum, in cuius gloriam eos elegit: *ut sit ipse primogenitus, ut multis fratribus, in gratia sibi, quemadmodum in humana natura similibus.*

*Quatuor
præcipua
Dei benefi-
cia.*

a Rom. 8. 29

*Prædestina-
tio.*

Vocatio.

*Iustificatio.**In eum A
post. locum.
Glorificatio**Magnifica
tio.**b Psal. 41. 8**Abyssi
gratiarum.*

Inuisibilis hæc occultaq; dispositio, & ordinatio in lucē quasi prodit, & executioni mandari incipit in beneficio VOCATIONIS, quæ prima est spiritualis vitæ sementis primumque mediū, quo cætera omnia media, dispositionesque necessariae vrgentur & expediuntur, vt ipsi prædestinati, ceterique peccatores, peccati statum dimittere, gratiamque & IUSTIFICATIONEM (quæ huius dispositionis, siue ordinationis eiusdem secundum est medium) admittere velint. Quam iustificationem sequitur GLORIFICATIONEM: quæ (teste S. Thoma) duo beneficia complectitur: alterum, quod *magnificationem* in hac vita appellamus: quo adiuuat iustificatos, vt in meritis crescant; eosq; recētibus gratiarum, aliorumq; supernaturalium donorum augmentis ante mortem magnificat, & exaltat: vt præmiū postea accipiant gloriaeque coronam: quod alterum est beneficium ipsius glorificationis, & omnium vltimum, quo tota prædestinationis Idea miro quodam ordine nexuque perficitur. vt liceat de omnibus simul dicere, quod Regius Prophetæ alia occasione dixit: *abyssus abyssū inuocat in voce cataractarū tuarum.*

Quemadmodum enim magnorū imbrium tēpore magnis tonitruis & fulguribus aperiuntur cataractæ, siue portæ cæli ipsæ videlicet nubes magnæq; impetu copiose aquarum abyssi, aliæ post alias descendunt: ita cum infinitæ bonitatis & charitatis Dei cataractæ & portæ aperiuntur, vt eā creaturæ videant & experiantur: ab ea fluunt hæc beneficia, tanquam copiosissimarum gratiarum donorumque cælestium abyssi, alijs alias inuocantibus, seseque inuicem magno amoris impetu consequentibus. Nō est enim aliud PRÆDESTINATIO, quam consiliorū abyssi, & profundissimum amoris æterni pelagus, intra ipsum diuinum pectus iuclusum: quod cum innumeras suis temporibus misericordias emittit: tū VOCATIONIS abyssiū opportunè excitat, eamq; ad ipsos prædestinatos inuitandos dimittit: *quos enim prædestinauit, hos & vocauit.* Quid autem est eos vocare, nisi mittere in ipsos illustrationum, & inspirationum cælestium abyssiū, quæ fulgurum & tonitruum instar de cælo descendunt, frangendo portas eius, quæ erga peccatores quasi oclusæ erant; eosq; excitat, & actibus, affectibusq; timoris & doloris contremiscere faciunt: vt sua descentes peccata, ad eadē descendenda se præparent: Quos, cum diuina VOCATIO preparatos iam habet atq; dispositos, aduocat illa IUSTIFICATIONIS abyssiū, quæ purificet illos atq; iustificet. Quid verò est eos iustificare? nisi abyssiū gratiarum donorumque cælestium in eos effundere, quæ vehemētum imbrium instar, de cælo fluentes, culpæ multitudinē demergunt; tamque iustificatos, misericordijs replendo, fecundos reddunt, ad copiosos meritorum operumq; clarissimorū fructus proferendos: per quæ merita & opera sensim ingreditur GLORIFICATIONIS abyssiū, quæ eosdem recentibus semper gratiæ incrementis in hac vita exaltat, vt in altera clarissimis gloria

gradi-

gradibus remuneret. Omnibus autem his quatuor beneficijs apte competit nomen **ABYSSI**, ob bonorum, quæ in se complectuntur, iminentiam; diuinorum verò iudiciorum, quæ illa defendunt, profunditatem: In quibus (vt S. Gregorius de Scripturis diuinis dixit) *agnus ambulat, & elephas natat*. Alta. n. ingenia, viriq; valde eruditi multa inveniunt, quæ meditentur & scrutentur: quitamē, nisi humiliter & cautē in hoc pelagus ambulent, periculo submersionis exponuntur: simplices aut multa quoq; inueniunt sibi vitia, captiuque suo conformia. Horum itaque omnium ea in hoc tractatu adferemus, quæ ad rem magis esse videbuntur, ad expugnanda corda peccatorum; & allicienda, vt conuertantur, Innitentur verò quæ dicemus, viuo cuidam exemplari prædictæ huius abyssi, quod Spiritus S. nobis ponit ob oculos in primo capite libri **RUTH**.

TEXTVS PRIMI CAPITIS

RUTH.

IN diebus vnius iudicis, quando iudices præerant, facta est fames in terra. Abiitq; homo de Bethlehē Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabite cū vxore sua ac duobus liberis. Ipse vocabatur Elimelech, & vxor eius Noëmi. Duo filii, alter Maholon, & alter Chelion, Ephratai de Bethlehem Iuda. Ingressiq; regionē Moabitem, morabatur ibi. Et mortuus est Elimelech, maritus Noëmi: remansitq; ipsa cū filiis. Qui acceperunt vxores Moabitas, quarū vna vocabatur, Orpha, altera vero Ruth. Manseruntq; ibi decem annis, & ambo mortui sūt, Maholon videlicet & Chelion: remansitq; mulier orbata duobus liberis, ac marito. Et serpens, vt in patriā pergeret cū viraq; nuru sua de regione Moabite: audiverat enim, quod respexisset Dominus populū suū, & dedisset eis escas. Egressa est itaq; de loco peregrinationis suæ, cū utraq; nuru: & iam via reuertendi posita in terrā Iuda, dixit ad eas: *Itē in domū matris vestre, faciat vobiscū Dominus misericordia, sicut fecistis cū mortuis & mecū. Dei vobis inuenire requiem in domibus virorū, quos sortitur a vestis. Et osculata est eas. Quæ elouata voce flere coeperunt, & dicere: Tecū pergemus ad populū tuū. Quibus illa respondit: reuertimini filia mea, cur venis mecum? nun ultra habeo filios in vetero meo, vt viros ex me sperare possitis? Reuertimini filia mea, & abite: nā enim senectūte cōfecta sum, nec apta vinculo cōiugali, etiā si possem hac nocte cōcipere, & parere filios, si eos expectare velitis, donec crescant & annos pubertatis impleant ante eruis vetula, quam nubatis. Nolite, quæso, filia mea: quia vestra angustia magis me premit, & egressa est manus Domini contra me. Eleuata igitur voce, rursum flere coeperunt: Orpha osculata est socrum, ac reuersa est. Ruth adhaesit socri suæ, cui dixit Noëmi, en reuersa est cognata tua ad populū suū, & ad Deos suos, vade cum ea. Quæ respondit. Ne aduerseris mihi, vt relinquam te & abeam: quocunque enim perrexeris, pergam: & ubi morata fueris, & ego pariter n. urabor, populus tuus, populus meus: &*

n epist. ad
Leand. c. 4.
habetur in
rio lib. Mo
ral.
S. Bernard.
serm. 65,
1. aruo.

Deus tuus Deus meus: Quia te terra morientem suscepit, in ea moriar: ibiq; locum accipiam sepulturae. Hac mihi faciat Dñs, & hac addat, si non sola mors me, & te sepauerit. Videns ergo Noëmi, quod obstinato animo RUTH decreuisset secum peregere, aduersari noluit, nec ad suos ultra reditum persuadere: profectiq; sunt simul, & venerunt in Bethlehem. Quibus urbem ingressis, velox apud cunctos fama percrebuit: dicebantq; mulieres. Hac est Noëmi. Quibus ait: Ne vocetis me Noëmi (id est palestrā) sed vocate me mara (id est amarā): quia amaritudine valde replevit me Omnipotens. Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noëmi, quam Dominus humiliavit, & afflixit Omnipotens? Venit ergo Noëmi cum Ruth Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis suae: ac reuersa est in Bethlehem, quando primum hordea metebantur.

c. Math. 24.
14.

Hæc prima pars est Sacrae huius historiae, in qua abyssus continetur Prædestinationis, Vocationis, & Iustificationis RUTH; reprobationis verò damnationisque sociæ eius Orphæ ex culpa sua. In qua re locum habuit, quod dixit ipse Saluator noster: *erunt dua molentes in mola: una assumetur, & una relinquetur*: in mola enim infidelitatis erant hæc duæ mulieres, quarum altera assumpta est & electa ad cælum; altera relicta, vt iret in infernum. In his enim duabus mulieribus est veluti penicillo depictum, quod DEVS D. N. beneuola sua prouidentia omnibus peccatoribus offert, vt saluentur; vocatio, qua illos vocat; media, qua ad id adhibet; pertinacia ei resistentium, ob quam damnantur; & obedientiam ob audientium, per quam, diuina ipsius gratia adiuti, saluantur. Quæ omnia in subsequentijs Capitibus explicabuntur.

CAPV T. I.

BENEFICIUM PRÆDESTINATIONIS
& specialis Dei erga electos prouidentia: quantumq; eorum sit numerus.

Prædestina-
tio fons om-
nis gratiæ.



TISSIMA & Suauissima DEI D. N. erga saluandos prouidentia, quam alio nomine PRÆDESTINATIONEM appellamus, aded est profunda & incomprehensibilis abyssus, vt non possit eius in hac vita fundus inueniri: quamuis vtilissimè liceat ipsum eius littus vadare: est enim illa verè benenciorum beneficium, gratia gratiarum; mareq; profundissimum, in quo oēs illæ cōtinētur. Illa irritas facit omnes demonis machinas; multos Deo producit filios, Christo discipulos; Angelis socios, Ecclesiæ iustos; cæloq; plurimos Sāctos. Cōijce oculos in dona omnia, gratias, & virtutes; in egregia omnia facinora & prodigiōsa magnalia, quæ antiqui Sancti ediderunt,

& in diuinis literis, & historijs omnibus Ecclesiasticis scripta sunt: & tunc intelliges huius beneficii immensitatē. Omnia siquidem illa bona ex æterna DEI PRÆDESTINATIONE prouenerunt: qua singulos illorum elegerit; ac vocare, iustificare, & per talia media exaltare decreuerat. Sed quoniam hæc ratio & via prolixior est, breuiorem aliam in quodam eiusdem prouidentia exemplari ostendemus: quod idem ipse DEVS Patriarchæ Iacob, (qui, Apostolo teste figura fuit electorum) ostendit, qui è domo paterna exiens, iterque Mesopotamiam versus arripiens, & super lapidem dormiēs, auidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum: Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eā. Et Dominū innoxum scalam, dicentē sibi: Ego sum Dominus Deus Abrahamæ patris tui, & Deus Isaac terram in qua dormis, tibi dabo & semini tuo. Eruntque semen tuū quasi pulvis terræ: dilataberis ad occidentem, & orientem, & septentrionem, & meridiem: & benedicentur in te & in semine tuo cuncta tribus terræ; & ero custos tuus, quocumque perrexeris, nec dimittam, nisi compleuero uniuersa quæ dixi. Hæc fuit visio, qua Dominus noster (ut ait Theodoretus) huic Patriarchæ specialem prouidentiam manifestauit, quam de ipso per totam eius vitam, eiusque euentibus esset habiturus. qua eadem visione obiter adūbrata est idea siue delineatio ipsius prædestinationis omnium electorum in hac scala designata: cuius gradus sunt omnia media, per quæ prædestinatus è terra ascendit in cælum, donec ad eius culmē perueniat, in quo ipsemet DEVS consistit, qui totius huius Ideæ Consilijque principium & finis est. Principium, eò quòd ab infinita eius bonitate & misericordia ordo ille, mediorumque progressus sit ortus; Finis verò, quoniam omnia eò diriguntur, ut ipsum prædestinatus videat, eoque in æterna gloria fruatur. Ideoq; in Apocalypsi seipsum vocat b *Alpha & Omega*, primum scilicet & vltimum Alphabeti elementū: intra quæ reliqui omnes characteres collocantur: ad significandum, quòd media salutis nostræ, quæ veluti spiritualis Alphabeti sunt elementa, ab ipso DEO incipiant, cui competit prima ad bonam vitam vocatio, bonique operis initium: cuius etiam fauore & studio sit progressus, donec ad finem eius vltimum perueniatur, qui est ipsemet DEVS, in quo iustus tanquam in proprio centro requiescit, iuxta illud S. Augustini: *creasti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum donec reuertatur ad te.* Et S. Dionysius dixit: motum diuini amoris circulo esse similem, qui circino ducitur: ille enim incipiens ab vno puncto circumducitur, finiturque in eodem, à quo incipit. Ita opera Dei, quæ in prædestinatis valde eminent, ab ipso Deo incipiunt, eius auxilio progrediuntur, & in eodem ipso terminantur: quod est omnium præ-

Rom. 9. 13.

a Gen. 28. 12

Quæst. 82.
in Genes.

DEUS A & O

b Apoc. 1. 8.

Lib. 1. Con
fess. 1.
De diuin.
nomin. c. 4.
p. 1. prope
finem.

§. 1. *Tria Dei erga Electos officia.*1.
Dei sapientia.Ecl. 15. 20.
Hebr. 4. 13.a Psal. 33. 1.
Ecl. supra2.
Omnipotencia.Vide Mart. Delrio
ibi.b Ioan. 10.
28 & 29.

AB amore illo, quo DEVS D. N. eos prosequitur, quos, vt sibi videret, condidit, procedit specialis illa prouidentia, qua illos gubernat: & ex huius Scala summitate tria praeclarissima praestatur officia, in quibus infinita eius sapientia, omnipotentia, & sanctitas valde resplendent.

PRIMUM officium est, quo immensa sua Sapientia tanquam e specula prouidet & agnoscit quaecunque in terra geruntur ac gerentur; & quaecunque hominibus sunt euentura, electis praecipue, per hanc scalam vsque ad eius summitatem conscendunt: quos beneuolis respicit oculis ad eum modum, quo dixit Dauid: *Oculi Domini super iustos*, aliter scilicet, quam super peccatores. Inde inquam, omnes eorum necessitates aspicit, pericula, tentationes, & lapsus; mediaque, quibus ab eis liberentur: Videt bonos eorum gressus, quibus per hanc scalam conscendent, auxilijs ab ipso praestandis, ne decidant, impingant, aut hareant; sed ascendant semper, crescantque vsque ad finem. Quod si eos tanquam Iacob elegit, vt sint Patriarchae: (quales fuerunt Apostoli, & Religiosorum Institutorum Fundatores, alijque multorum spiritualium filiorum Patres) inde speculatur, ac videt eorum dilatationem, qua in Orientem, & Occidentem; aut in Septentrionem & Meridiam sunt habituri; numerumque filiorum eorum, quamuis futuri sint sicut stellae caeli, & arenae maris. Ac denique omnes benedictiones videt, quas in eos; & per eosdem in alios, qui ab eisdem descendunt, effudere statuit. Praedestinatio enim quorundam hominum saepe madatur executioni per alios, qui parentum instar illos in Christo generant.

SECUNDUM officium, quod in hac scala facit DEVS, est, eam sustentare; & praedestinos, qui per eam ascendunt, adiuuare: id quod magis exprimit verbum LXX. Interpretum, qui, quod vulgata habet *innisum*, vertunt, *firmantem*, vel *erigentem* illa, firmabat enim ea, & erigebat DEVS, ad significandum, quod quamuis illa terram tangeret, non tamen illi, sed omnipotentiae diuinae inniteretur; tanta eam vi confirmanti & sustentanti, vt omnis mundi & inferni potestas eam deicere, aut mouere non valeat. Quamuis enim Demones possint tentare, & oppugnare praedestinos, per eam ascendente, eosque interdum etiam in grauem aliquem casum deicere: non tamen efficiunt, vt tandem illi non resurgant, redeantque ad eandem scalam vsque ad summitatem conscendendam, in qua est ipse DEVS. hoc enim est quod Christus dixit: *ego vitam aeternam do vobis meis; & non peribunt in aeternum: & non rapiet eas quisquam de manu mea: & nemo potest eas rapere de manu patris mei.* Ipse enim omnipotentia sua eas custodit, paratus tueri, & ab omnibus, siue mundi huius, siue inferni lupis defendere.

Nam

Nam ex scalæ summitate clamat, electisque dicit, quemadmodum ipsi Iacob: ego ero custos tuus, quocumque perrexeris: siue sis in Oriente tuæ iuuentutis, siue in Occidēte senectutis ac mortis; siue sis in Septentrione tentationum, & aduersitatum; siue in Meridie exaltationis & prosperitatis, ego te protegam: nec dimittam nisi complevero vniuersa que dixi, & facere decreui. Quod si tui hostes vijs aliquibus id impedire contenderint; eisdem ego vijs illud exequar. Si enim DEVS S. Iob prædestinauit, vt in patientia & sanctitate, tāquam stella in firmamento splenderet: omnes tentationes, quas Sathanas, ad eum deiiciendū, adhibuerit; viæ erunt & media, quibus ille exaltabitur: Et si decreuit S. Iosephum esse Vice Regem Ægypti, & à suis fratribus adorari: eadem media, quibus illi id impedire tentabant, accipiet DEVS, vt, quod ipse decreuit, eueniat: infallibilis enim eius prouidentia nec decipi potest, nec sine fraudari, quem ad suam gloriam efficaciter voluerit.

TERTIVM officium, quod in hac scala DEVS exercet, est *Exemplaris*, in quod respiciant ipsi electi: tam vt intentiones suas in ipsum dirigāt; quā vt vitam suam cum eius vita, per imitationem heroicarum eius virtutum, conforment: quos, cum ad earum culmen peruenerint, familiarissimè expansis vlnis amplectitur: communicans illis contemplationis & vnitionis præmium, quæ huius vitæ est beatitudo: & postea deducit in cælum, vt ipso gloriosissimè fruatur.

HÆC eadem officia erga electos præstat IESVS Christus D. N. de quo S. August. *quid est in scalam incumbere, nisi in ligno crucis pendere*, quod per illā representatur: ibi nobis promeruit necessitatum nostrarum remedium, quas satis notas habebat; & auxilium, ad omnia bona opera præstanda; constituens seipsum tanquā exemplar, cui debeant omnes prædestinati conformari: Illic grandia quæque promittit, cælique portas aperit: vt suæ prædestinationis finem cōsequatur. In cuius rei fidem latroni, in cruce prope ipsū pendēti, dixit: *hodie mecum eris in paradiso*; vt omnibus innoceret, quod ipse clauis haberet paradisi: quæ pro electis omnibus cōparauerat; & quod eius meritis cōsequeretur illi vniuersos suæ electionis effectus. Quemadmodū suauissimis hisce verbis affirmabat Apostolus: *benedictus DEVS, & pater D. N. IESV Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali, in cælestibus, in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi cōstitutionem: vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate qui prædestinauit nos in adoptionem Filiorum per IESVM Christum, in ipsum secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto Filio suo: in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, & remissionem peccatorum, secundū diuitias gratiæ eius, quam nobis manifestauit in cōsolatione plenitudinis temporū: in satisfactione omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra sūt in ipso:*

in quo

3.
Sanctitas.

4.
Serm. 79. de
tempore.

Per Christum omnia
habemus.

c Luc. 23. 4.

d Ephes. 13.

in quo etiam & nos forte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ, in laudem gloriæ eius, omnia hæc sunt S. Apostoli verba: ex quibus apparet, meritis Christi Redemptoris nostri debere prædestinatos suam prædestinationem; vocatos, suam vocationem; iustificatos, suam iustitiam; exaltatos, suam exaltationem; & glorificatos, suam glorificationem. Per IESUM Christum enim semper descenderunt, descenduntque de cælo omnes benedictiones spirituales, quas accipiunt homines in terra. Ab eo nobis prouenit culparum & pœnarum remissio; victoria tentationum; inspirationes cœlestes; gratia & virtutes; earum augmentum atque perfectio; Spiritus sancti dona; gratiæ gratis datæ; spiritualia solatia; votorum nostrorum ac petitionum adimpletio; perseverantia in studiosa vita; & corona gloriæ. Denique quemadmodum DEVS primus est fons horum beneficiorum, ita Christus Seruator noster, quæ homo, est vnicus aquæ ductus, per quem omnia deducuntur ac fluunt; aut est secundus fons, virtutem recipiens à primo: vtrumque autem simul scalæ innixum aspicere debemus. siquidem e vita aeterna, (vt Christus ipse dixit) est vt vtrumque cognoscamus, & imitemur: & hac via oportet prædestinatos ad eam vitam peruenire.

c Ioan. 17. 3.

S.

f Heb. 1. 14.

Ex S. Grego.

lib. 5. Moral.

cap. 21.

2. 2. q. 181. a.

vlt. ad 2.

g Tob. 12.

12. 20.

h Psal. 90.

11.

SE D quoniam DEVS noster & Saluator IESVS Christus, ita huic scalæ innituntur, gubernando ac deducendo eos qui per illam ascēdunt, vt creaturarum industriam non excludant: decreuerunt, ad huius prædestinationis ac prouidentia executionem, operam suam conferre, & cooperatrices esse Hierarchias Angelorū: de quibus dixit Apostolus: *omnes esse administratores spiritus, in ministeriū missos propter eos, qui hereditatem capient salutis.* Quamobrem eorum officium est, per scalam illam ascendere, ac descendere: ascendunt enim, cum DEO electorum orationes offerunt; descendunt verò, cum desiderata & petita reportant. Ascendunt (ait S. Thomas) per contemplationem, vt sciant, quæ DEVS præscribit; per actionem verò descendunt, vt eadem opere exequantur, manifestādo illa hominibus: & iterum ascendunt, cum fructum referunt executionis. quemadmodum Angelus Raphael Tobia: dixit: *quando orabas cum lacrymis, &c. ego obtinui orationem tuam Domino, & nunc misit me dominus, vt curarem te & Saram uxorem Filii tui à Dæmonio liberarem:* quod eū præstiterim, tempus est, vt reuertar ad eum, qui me misit. Scripturæ sacrae testimonijs & exēplis curæ huius, ac ministerij Angelorum sunt plenæ, quemadmodum in horum Tractatum decursu apparebit. Nunc satis sit nobis suauissimam illam promissionem Psalmi: *in quorū Angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus viis tuis: in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum;* affectumque bonum laedas, aut amittas, hæc inquam verba, propter electos esse dicta. Id enim est proprie, Angelos per scalam ascendere, atque descendere,

Per quam prædestinati sunt ascensuri: descendunt enim illi de cælo, ut hos adiuuent; quibus comites in ascensu se præbent, ne labantur; aut impingant in gradibus; aut subsistant, & somno se in eis dedant: sed eos deducant, illis consulant, & in omnibus gressibus eos excitent; Dæmonibus verò resistant, qui eos deijcere conantur.

§ 2. *Scala qua in cælum ascenditur.*

VIDEAMVS nunc huius scalæ fabricam, quæ (vt ait Tertullian.) viam significat, qua in cælum ascenditur: cuius primus gradus (teste S. Basilio) est deserere terrena; postremus verò coniungi cælestibus: progressio autem fit per eos gradus, quos S. Petrus assignit: *administrate, inquit, in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem.* Hac enim si vobiscum adsint, & superent, non vacuos nec sine fructu vos constituent in Domini nostri IESU Christi cognitione: quod idem est, atque si dixisset; si ad sanctitatis culmen peruenire, & in æternam vitam cupitis intrare, per hosce octo gradus est vobis ascendendum: quemadmodum ad Hierosolymitanum templum per octo gradus ascendebatur. Primus gradus erit, **FIDEM** habere **VIVAM** mysteriorum omnium, quæ **DEVS** reuelauit: credendo scilicet illa maiori certitudine ac firmitate, quam si oculis ipsis ea vidissetis, aut contrectassetis manibus. Super hanc fidem collocanda est virtus **FORTITVDINIS**, ad aggredienda quæcunque diuini erunt seruitij, superando difficultates oēs, ac timores, quos Dæmon, Mundus, & Caro opponent. Huic fortitudini **SCIENTIAM** coniungetis **DISCRETIONIS**, ne virtus excessu aut defectu laedatur; sed medium inter vitiosa extrema teneatur. Discretionis accedet **ABSTINENTIA**, quæ vos à peccatis omnibus retrahat; & inordinatis voluptatibus, quibus sensus externi recreantur. Huic abstinentiæ coniungite **PATIENTIAM**, generoso corde tolerando pænalia omnia, & huius vitæ aduersitates, ita vt in rebus lætis moderati sitis, & in tristibus patientes. Hinc ad **PIETATIS** gradum conscendetis, parentes & maiores vestros, pia affectione honorantes, eisque obediētes; proximos verò ex animi compassione in eorum necessitatibus & calamitatibus adiuuantes. Ex qua pietate ascendite ad **AMOREM FRATERNITATIS**, amantes, beneque optantes omnibus hominibus, atque si vestri essent germani fratres; nemine excluso, etiam inimico & ingrato. Et hinc fiet ascensus ad vltimum gradum **CHARITATEM** scilicet **DEI**, *c diligendo cum ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus viribus, & ex omni fortuna vestra: vt spiritum vestrum cum eius spiritu coniungentes, cum eo in scalæ culmine conualescat: donec in æternam eius gloriam ingrediamini.*

Lib. 3. contra
Marcum
in Homil.
in Psalm. 1.
12. Pet. 1. 5.

Scala cæli
x S. Petro.

b Ezech. 40

31. 34.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

c Deut. 6. 5.

Matth. 22.

7. Luc. 10.

72.

Scala Christi.

ad Matt. 5. 3.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

ad Ioan. 15. 23.

Trabes duae
Fides &
Sper.

ad Mat. 7. 14.

Hi sunt octo gradus à S. Petro designati, ad ascendendum in caelum: quos tamen distinctius declaravit ipse Christus D. in illo sermone, què habuit in monte, quibus etià attribuit honorificā beatitudinum appellatione: per eos enim ascenditur ad beatitudinē huius, & futuræ vitæ. PRIMVS, qui nos incipit à terra eleuare, est dP A V P E R T A S S P I R I T V S: cuius munus est, inordinatam temporalium diuitiarum cupiditatē, & dignitatum huius mundi tumentem appetitionem mortificare. Hinc ad secundum ascenditur, nempe M A N S V E T V D I N E M: cuius est iras animiq̃ue perturbationes cohibere, & erga omnes exhibere humanitatem. Mox tertius gradus sequitur. qui est L V C I V S, & lacrymarum ob nostras culpas & miserias, quo reprimitur vanus risus, sensuumque delectationes. Quartus est E S V R I R E & S I T I R E V E R A M I V S T I T I A M, quæ in perfecta diuinorum præceptorum obseruatione consistit: vt vniciuique, quod suum est, detur; D E O, quod est D E I; proximo, quod est proximi. Quintus est M I S E R I C O R D I A E, quæ cōpassionis visceribus subuenit pro viribus, alienis miserijs, atq; indigentijs: quas veluti proprias respicit. Sextus est C O R D I S M V N D I C I E S, quæ omne peccati genus perhorrescit, quo in corpore & Spiritu Sanctitate puritatemq; conseruet. Ex quo fit ascensus ad Septimū, qui est, esse P A C I F I C V M: conseruando scilicet cum omnibus pacem, concordia, & charitatis vniotionem; dandoq; operā, vt eandem alij cum alijs mutuam habeant. Hinc fit ad Octauum transitus, P A T I, sc. P E R S E C V T I O N E M P R O P T E R I V S T I T I A M, patienter eam & hilari animo tolerando, ac seipsum, si opus fuerit, ad ipsam mortem offerendo, conseruandæ causæ sanctitatis, & charitatis cum Deo: cuius præstantia eminet, cum quis animam suam, hoc est, vitam ponit pro amico suo. Sic enim ad supremum scalæ culmen peruenitur; & ad perfectam imitationem Christi cruci affixi, is enim est, qui supremæ huius scalæ parti innititur: Vt autem hi octo gradus stabiles sint ac firmi, necesse est, eos tanquam duabus fortissimis trabibus inniti & compaginari duobus heroicis actibus, quorum alter est F I D E I, quā firmissimè creditur quicquid Christus D. dixit de his virtutibus; & octo præmij, quæ, per eas ascendentes, promissit; alter verò S P E I, quā speratur adimpletio harum promissionum, in quibus innumera bona continentur; quædam quidem in cælo postea reddenda; quædam, quæ quasi numeratò D E V S in hac vita largitur, dum magno studio fauoreque sic ascendentes prosequitur; & oportuna mittit auxilia ad facilem reddendum ipsam ascensum. Sunt enim hæc omnia necessaria: eò quod scala ipsa, longa sit, erecta, valdeque ardua atque difficilis; nec sine ingenti labore, & quasi rependo, per eam ascendatur: idè enim sanguisam dixit Christus portam, & arctam viam, quæ ducit ad vitam. Est enim via crucis, sui que ipsius abnegationis & odij. Quod si scalæ huius asperitas, & crux, quam illa refert, te deterret: eleua oculos ad maiestatem

Domi-

Domini, te aspicientis, & exemplum præbentis; ad protectionem, & auxilia, quæ tibi offert: ingentiaq; præmia, quæ promittit: vt sic ad alacriter ascendendum animeris. Siquidem non caret mysterio, quod, quâdo Patriarcha Jacob eam in spiritu vidit, *g locum terribilem, domum Dei, & portam cæli;* Sapiens verò h *regnum Dei* appellauerit: vt intelligeremus, per crucis horrorem concendi ad regni cælorum quietem: quod i *regnum*, dixit ipse Saluator *vim pati, & violentos illud rapere,* pugnantem strenuè aduersus Damonis, mundi, & carnis exercitus: qui hanc scalam ascendētib; sese opponunt; ac vehementer ad lapsum impellunt. Sed non prævalent tamen, quia Dominus summitati scalæ innixus, suos retinet, ne labantur: quemadmodū fallus est Dauid dicens: *k impulsus euerfus sum, vt caderem: & Dominus suscepit me.*

Quis verò modos varios referre nouerit, quibus prædestinati per suam scalam ad æternam vitam ascendunt? omitto infantes, quos Dominus per Baptismi Sacramentum iustificat, & ante discretionis tempus transfert in cælum: quibus similes sunt alij, qui vitam bonam in sua iuuentute inchoantes, ad æternam transferuntur, præuidente scilicet infinita Dei sapientiâ, si diutius uiuerent, Damonem eos rapturum. Quod insinuauit Sapiens dicens: *l placens Deo raptus est, ne malitia mutaret intellectū eius: aut ne siliio deciperet animā illius: sed consummatus in breui expleuit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illū de medio iniquitatū.* Quam fuerit anima illa Deo placita, quæ tantam apud eum inuenit gratiam, vt temporalis eius vitæ cursum abscederet, cum æternæ amittendæ periculum immineret: & ex nequam mundo in cælum transferreret, vbi æternum ipso, & absque vilo periculo frueretur! Alij tamen sunt, quos post multos annos in peccatis transactos, repente DEVS commutat; trahitque ad se, antequam ad vomitum reuertantur: eò quòd, si diutius vita protraheretur, perseverantiam amitterent. Alios, copiosiori, licet rariori, sua misericordiâ, cum totam vitam malè expendissent, in ipsa mortis hora DEVS conuertit, quæ admodum fecit cum latrone, quem ex cruce transtulit in paradysum. Denique aliqui per hanc scalam ascendunt cadentes interdum, & resurgentes; alij impingendo, & moras trahendo, ac iterum pergendo. Nec detuit tamen, qui recte ascenderit absque vilo lapsu; nec impegerit, aut hæserit in ipso ascensu: qualis fuit SS. Virgo, quæ rectius per eam ascendit, quam impinet Angeli, quos Iacob per eam vidit ascendentes.

§. III. Numerus prædestinatorum.

DIFFICULTAS ascensionis per cælestem hanc scalam, dubium nobis statim ingerit, an pauci numero sint prædestinati, qui per eam ascendunt: Cui duduo respondit Sanctus Ioannes, cum dixit: *a vidi urbem magnam,*

Bello pax
quæritur.

Gen. 28.17
Sap. 10.

o.
i Matt. 11.12.

eius prote-
tor noster.
c Psal. 117.

3o

l Sap. 4. 10.

Innocentes

2.
Pauisentes.

3.
Fere despo-
ratos sal-
uat.

a 4o. 7.9.

quā dī numerare nemo poterat; ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronū, & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmas in manibus, eorum, in signum victorię, quam suis operibus obtinuerūt. Quę S. Apostoli sententię summę consolationis est omnibus Christianis, ut quę instar sit pignoris cuiusdam, quod sumus de innumerabili ac felicissimo hoc numero. Quamobrem operę pretium erit efficacissimis eam rationibus, quę nostram consolationem augeant, confirmare.

1. NAM in primis ita decebat infinitam Dei bonitatem & charitatem, quę primus fons est & radix prædestinationis. Cū enim bonitas eius summę propēdeat ad gratię suę glorięq; thesauros hominibus cōmunicandos; cupiens, quod in se est, omnes, eorum esse participes: conuenientissimū erat, ut plurimi absq; numero eos re ipsa cōsequerentur: ut hęc bonitas & charitas, de quibus ad eō gloriatur DEVS, æternū in eis splenderent. Et si quidem *iusitia* diuina infinitum erat reprobōrum numerum, ob illorum peccata repertura, in quibus eius emineret excellentia: rectum etiam omninō erat, ut eius soror *misericordia* copiosissimum etiā eorum numerum inueniret, in quibus thesauros suos infinitos apertē manifestaret. Et quāuis verū sit, quod pretiosum est, rarum esse debere; & parum, si cum viliore compareretur; his tamen cōparationibus non adhibitis, æquissimum est, in aula diuina plurimū esse de pretioso, ad maiorem eiusdem Dei gloriam.

2. HVC accedit, id fuisse conuenientissimum, ad gloriam IESU Christi D.N. qui caput est prædestinationum, quos eius meritis DEVS b *elegit in ipso*, c *ut esset ipse primogenitus in multis fratribus*. Quis enim dubitare potest, ad honorem huius Domini pertinere, ut fratres innumeros habeat, qui fructu laborū eius fruantur? Quod si eius sanguinis pretium sufficientissimū erat, ad salutem infinitorum hominū promerendam, pro quibus omnibus ipse illum obtulit cum ingēti cordis affectu ac desiderio, ut oēs eius essent participes, certa res est, quod æternus eius Pater voluerit re ipsa eius desiderium explere & infinita ad eō merita innumera prædestinationum multitudine remunerare. Quod ipsum per Prophetam suum. Isaiam, cū de huius Domini passione loqueretur, protestatus est: *d pro eo quod laborauit (inquit) anima eius videbit, & saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse multos: adeo disperetiam ei plurimos*. Si igitur dulcissimus hic Redemptor, qui immenso ad eō tenebatur desiderio salutis omnium hominum, remunerationem suę passionis vidit, & saturatus est: immensus procul dubiō erit numerus filiorum quos vidit: qui ad tantum desiderium exsatiandum suffecerunt. Nec exiguum huius rei indicium est, quod in sua Natiuitate voluerit, e *omnes pueros, qui erant in Bethlehēm, & in omnibus sinibus eius, esse ex prædestinatis*; quos ad se per martyrium accepit: ut hac ratione famem suam tenero ad eō copiosoque fructu satiare inciperet.

QVID

b *Ephesi 4.*
c *Rom. 8. 29*

Isai. 53. 11.

Matt. 2. 6.

QVID verò dicam de infinita diuini huius verbi charitate, quod (vt ait Apostolus) noluit *Angelos apprehendere: sed semen Abrahæ apprehendit*: homines hac ratione in amore & honore Angelis præferens: si ergò Angelorum prædestinatorum (vt ait Daniel) *g millia millium, & decies millies centena milia assistunt* DEO: credibile omnino est, ipsum elegisse etiam millia millium ex hominibus: vt genus suum hac ratione honoraret, & profapiam familiamque nobilitaret. Siquidem, S. Anselmo teste, non fuerunt homines ex occasione lapsus malorum Angelorum prædestinati, vt eorum sedes occuparét; sed recta præcipuaque intentione, quamuis illi nõ cecidissent, homines fuissent prædestinati: eò quòd vellet Deus eos honorare, & ex eis triumphantem Ecclesiam condere: quam in sponsam ducendo, infinita ipsius charitas in ea eluceret. Quamobrem in die Iudicij, cum sententia pro iustis feretur, non dicetur: *h venite benedicti Patris mei, possidete regnum* Angelis alioqui præparatum; sed **PARATVM VOBIS à constitutione mundi**: eò quòd ipsos desideret DEVS venire, proprijsq; meritis illud possidere.

f Heb 2.16

g Dan. 7.10.

Lib. 1. cur
Deus homo.
c. 18.h Matth. 25
34.

HIS adde: ad valde plenum Beatorum gaudium spectare, vt plurimi illi sint; nec desit hoc bonum illi statui, qui omnes illos complectitur. Cum enim nulla inter ipos sit inuidia, sed ad eò inflammata charitas, vt quisque de aliorum bono ita exulter, atque si esset proprium: quò eorum numerus erit maior, eò crescent gaudia magis. Quisque enim de omnium gaudiò, & omnes de vniuscuiusque exultant. Et quoniam omnes summè DEVM amant, summè etiam gaudent, quod ipse DEVS à tanta Sanctorum multitudine diligatur, & glorificetur.

4.

IDE M clamat cælum Empyreum, quod præparauit DEVS pro hominibus potius, quam pro Angelis. Angeli enim, cum sint, spiritus, non magno opere corporeo loco indigebat, in quo manerét: homines autè, qui glorificata corpora erant habituri, expediebat locum habere corporeum sibi proportionatum, & eorum capacem. Cum igitur cælum ipsum Empyreum adeò sit magnum, vt terra tota in eius comparatione sit instar puncti: quàm crit innumerabilis prædestinatorum numerus, quorum glorificata corpora sint illud occupatura? Quisque enim prudens in ea magnitudine domum ædificat, qua ad numerum in ea habitantium opus sit; qui si pauci numero semper essent futuri, non magnam ædificaret: si autem magnam ædificet signum est, futuros multos, qui eam inhabitent. *O Israel* (ait quidam Prophetas) *quara magna est domus DEI, & ingens locus possessionis eius!* quæ domus cum sit habitatoribus replenda, merito dicere licet: O Israel quàm suut innumeri, qui in DEI domo habitant; & quàm sine numero eius subditil *inon tur betur* (ait Christus suis discipulis) *cor. vestrũ: quia in domo Patris mei mansiones multe sunt*, ac proinde multi eius incolæ futuri: Inter quas etiam erit

5.

i Baru. 3. 24.

i Ioan. 14. 1

vobis locus. Hæc fuit prima ratio, qua ipse consolatus est suos Apostolos in nocte cœnæ. Nulla enim potest esse in terra consolatio, quæ vera sit & ex corde, nisi illi sp̄ci innitatur, quod per scalam prædestinatorum ascendere liceat ad regnandū cum Deo in mansionibus æternis. Et hoc ipsum est, quod idem ipse Dominus prius dixerat eisdem discipulis, gaudentibus ob miracula quæ patrabant. *Nolite* (inquit) *in hoc gaudere, quia spiritus vobis subiicitur: gaudete autē, quod nomina vestra scripta sunt in cœlis*, & vos Beatorū numero designati. Noli lætari homo, quod multis delictis ac diuitijs abūdes; nec quod honores magnos, dignitates, & cum magnis Principibus familiaritatem obtinueris; nec quod vnus sis ex Regibus, aut Monarchis: scito enim, huiusmodi gaudium quantum quantum est, si solū adsit (vt dicitur apud Iob) *l ad instar esse puncti*, quod vix audiri aut videri potest; eò quod in momento pertranseat; sitq; propterea minimum gaudiorū DEI; & quasi nihilū, si cum gaudijs æternis cōferatur. Et quemadmodum punctum nūquam reperitur separatum & solū; sed coniunctum alicui corpori Quanto, in quo conferuetur: Ita gaudia, quæcunque ex rebus huius vitæ proueniunt, vt vera sint, non possunt sola esse; sed gaudijs illis coniuncta, quæ adfert spes bonorum æternorum, quibus fruuntur Electi. Si veram lætitiā optas, lætare, quod ostenderit tibi DEVS scalam, per quam possis cum prædestinatis ad cœlum ascendere, lætare, quod te vocet, inuitetque ad ascendendum per eam: lætare, quod aliquos iam gradus cōscenderis; pignusque habeas, & spem, quod possis ad vltimos peruenire: lætare, quod videas DEVM in ipsa scalæ summitate, auxilium tibi promittentem; & Angelorum exercitum per eandem ascendentium, manumque tibi porrigentium, vt faciliorem ac iucundiorē habeas ascensum.

QVOD si de aliquo tibi dolendum, aut tristandum est: Id propterea sit, quod te videas procul ab ascensu per hosce gradus: quia te ipsum horrore tradis de eis concepto: aut si cœpisti cōscendere, resilis propterea, quod timeas, te non perseveraturū; & a felicissimo saluandorum numero culpā tuā excludendū. Quæ quidem iusta est causa timoris; sed sit ille moderatus, nè desperationi, aut animi defectioni, detur locus. Verè. n. tantū est malū: esse de numero reprobōrū; vt, si certò scirem⁹, in quavis ciuitate, aut prouincia nō nisi vnicū esse reprobū, sufficiens hæc esset causa, ad incutiendū omnibus eius incolis timorem. Quemadmodum Apostoli omnes conterriti, & cōstristati valde fuerūt, quādo Christus dixit: *An en dico vobis: quia vnus vestrum me traditurus est*: qui, vt se à concepta anxietate expedirēt, *caperunt singuli dicere. Nunquid ego sum Domine*, qui tale facinus sum perpetraturus: Et quamuis eorum vndecim ex testimonio conscientia: bonæ securi satis essent, quod non agerent de tanto scelere: quia tamen ad eò illud erat horrendum, non fidebant soli illi testimonio. Quid igitur faceres, si DEVS

reuela-

k Luc. 10.
20.

l Iob. 20. 5

6.
Timor moderatus sitin Matth.
26. 22.

reuelaret, vnum aliquem ex ea ciuitate, in qua tu habitas, esse destinatum ad perpetuam in inferno habitationem: o quantas angustias, quatas anxietates cor tuum perferiret! quã totus tremeres, nẽ forte tu esses ille infelix, cui fors ad eodẽ horrenda cõtingeret! Bene hoc nouerat ipse Saluator, cũ in parabola nuptiarum, in qua plurimi inuitati conuenerant, dixit, vnum fuisse deprehensum *n absque veste nuptiali*: ac propterea à nuptiali conuiuio exclusum, *missum esse in tenebras exteriores*: existimauit enim, satis fore, vel vnicum nominare, vt omnes simul tremere: ex quo timore cautiore redderentur, ac solliciti, nẽ forte & ipsi excluderentur.

§. 4. *Contra pusillanimes & curiosos.*

EX his accipere solent pusillanimes occasionem ad eodẽ tremendi iudicia **D E I** circa prædestinationem & reprobationem hominum, vt millies animis cadant; sapẽq; curiosẽ, temerẽ, & arroganter contra **D E I** in sua gubernatione dispositiones cõsiliaq; iudicẽt: præcipuẽ cum perpendunt, quãnis numerus prædestinatorum ad eodẽ sit magnus, vt supra est dictum: sine vlla tamen comparatione multo esse maiorem reprobatorum: siquidem propterea dixerit Salomon: *a Stultorum infinitũ esse numerum*: merito stultos appellans, qui sua culpa pereant. Alij quidem quod fugientes ipsam scalã cœli, detestantesq; religionẽ Christianã, nec primũ eius gradũ, qui est Catholica fidei, attingere velint. Huiusmodi sunt hæretici, Iudæi, Mauri, & Gentiles omnes: ex quibus tres fere huius numeri partes consiciuntur, & repletur infernus; cumq; eorũ multo sit maior, quã Christianorũ numerus, iurẽ dicitur: *b paucos esse qui inueniãt: viã, qua ducit ad vitã, & c multos esse vocatos, paucos vero electos*. Alij verò, quod cũ ascendere ceperint, & ad gratiẽ statum peruenierint, ab eadẽ excidant culpã suã: & cum possent per pœnitentiã resurgere, id negligãt; spontẽ eligentes, esse infelicis huius numeri partẽ, & à cœlesti felicitate excludi. Sed neutri horũ causam habet, cur de Deo cõquerantur: qui in medio & conspectu totius mundi erexit cœlestẽ quandã scalã, per quam possint omnes in cœlum ascendere designans sua generali prouidentia omnibus hominibus sufficientissima media, ad obrinendam salutẽ nisi ipsi sibi desint: quãuis, ad infinitã suẽ misericordie diuitias ostendẽdas, maiora studia aliquibus, quam alijs ostendere velit. Ex quo prouenit, vt alijs quidem re ipsa saluentur; quod alijs pereãt, id propterea accidit, quod vt nolint subsidijs, quã **D E V S** omnibus offert vniuersim. Quemadmodum videre licet in duabus illis sociabus **R V T H** & **O R P H A**: quarum prior inuenit gratiam in oculis **D E I**, à quo vocata, ascendit per scalam cœli: quia diuina vocationi obediuit: posterior, verò, etsi etiam vocata, noluit tamen ascendere: eligens potius in sua idololatria permanere, quemadmodum postea videbimus.

Vnius periculum terreat omnes.

n Matt. 22. 12.

1.

a Eccl. 1. 15

b Matth. 7.

14.

c 22. 14.

d Rom. 11.33

HVCVSQVE peruenisse, & hoc solum nosse, satis tibi esse, debet: neque enim ultra litus extenditur abyssi prædestinationis, & reprobationis hominum. Id eoque hic tibi sistendum, si euadere cupias submerisionem, tentando ingredi ad profundiora: quemadmodum substitit Apostolus Paulus, cum loqueretur de electione Iacob: & odio Esau, deque reprobatione populi Iudaici, & vocatione Gentilis. Nam etsi raptus ad tertium cælum, vidit arcana DEI: quando tamen ad hoc peruenit, exclamans dixit: *d O altitudo diuitiarum sapientia & scientia DEI: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles via eius: Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula, Amen.* Hæc S. Apostolus, ad temeritatem & curiositatem nostrorum iudiciorum comprimendam; nobisque persuadendum, in solo DEO collectas esse diuitias omnes, sapientia, scientia, sanctitatis, ac prudentia cum infinita earum excellentia, ac proinde quicquid ipse ordinet, ac disponat, rectum id esse, iustum ac sanctum; ad eum tamen sublime, & à nobis eleuatum, vt nemo possit arcana diuina ipsius sapientia consilia cognoscere; nec vias rationesq; assequi, quibus eadem mandat executioni: eò quòd nec consiliario opus habuerit; cum sit ipse infinite sapiens; nec coadiutore ad suas dispositiones exequendas, cum sit ipse omnipotens. Nec potest quisquam, ad eas mutandas, aut exequendas eum obstringere: cum omnes ab eo, quicquid habent, accipiant; ipse verò à nemine quicquam, omnes ab ipso dependent, & ipse à nullo. Quamobrem omnes tenentur perpetuò ei deferre honorem, tanquam principio, origini & fonti, ex quo quicquid boni omnes habent, promanat: sibi que ipsis tribuant, quod oblatum bonum non assequantur: quandoquidem in ipsorum libertate ille posuit, illud acceptare, aut reijcere.

S E D fortè dices, subijcere te iudicium tuum DEI dispositionibus, quas ita iustas rectasque existimas, vt causam nullam habeas de eis conquerendi: satis enim esse, quòd sint creatoris dispositiones, vt eas creatura veneretur: nihilominus tamen grauissime te angit, ob dubium quo laboras, an sis prædestinatus; & ingentem timorem, quòd sis reprobandus ob admissa prius peccata: quia nescis, an vocabit te DEVS, vt iustificet; & an sit auxilium daturus, vt in iustitia perseueres; actandem te glorificet. Ad hæc dubia potuissim ego respondere alijs maioribus obiectis, non ex parte DEI, sed ex tua. dicerem enim, potius dubitare te posse, an velis DEI vocationi respondere; aut in bono, quod is liberaliter tibi dedit, perseuerare? Omnia enim dānatorum mala non illi ex eo euenerunt, quòd defuerit Deo voluntas eos saluandi, sed quòd ipsi sinet defuerit voluntas salutem suam serid procurandi. Quod si anxietatem hanc cupis deponere, clareque videre, nunquam defuisse Deo voluntatem vocandi te; iustificandi, & glorificandi, nisi ipse me:

tibi

tibi defis; ac similiter agnoscere, qua ratione sufficientem diligentiam adhibere possis, nē tua voluntas defit in cooperatione cum diuina: perlege attentius, quæ in huius Tractatus progressu dicturi sumus, ad rebelles peccatorum voluntates expugnandas: qua expugnatione expedita, tales afferemus rationes, quæ dubia tua omnia etiam expediant.

CAPVT II.

DE VOCATIONE DIVINA, DEI QVE
inpirationibus; in quibus illa consistit, & eius effectibus ad conuertendos peccatores.



AD PROFERENDA in lucem magnalia, quæ in diuinarum Vocationum abyssu continentur, ne in re grauissima cæcè progrediamur: operæ pretium erit initio explicare, quid sit ipsa Vocatio, & quibus vocibus verbisque fiat. Quemadmodum enim homo, quem DEVS vocat, duabus partibus constat, externa scilicet siue visibili, hoc est corpore; & interna ac inuisibili, scilicet anima: Ita (teste S. Thoma) vocatio diuina duas similes partes complectitur: Exteriorem, quæ pulsibus verbisque fit, quæ corporis sensibus percipiuntur; cum DEVS D.N. per alios homines, Concionatores præcipue vocat, inuitatque peccatores, vt conuertantur, & pœnitentiam agant: & Interiorem, quæ est ipsiusmet Dei, intus ad corda loquentis, vocibus & verbis occultarum suarum inspirationum & illustrationum; iaculando scilicet repente bonas aliquas cogitationes, sanctosq; affectus, quibus allicit, persuadet, ac permouet ipsos peccatores, vt miserandum peccati statum deserentes, ad felicem gratiæ statum se transferant. Sicut dixit Apostolus: quod DEVS *avocauit nos, & eripuit de potestate tenebrarum, & translulit in regnum filii dilectionis sue: in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum.* Absq; hac interna vocatione, externa sola parui esset momenti, & instar corporis sine anima: quemadmodum idem Apostolus dixit: *c neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat, proponens tantū exterius veritates; sed qui incrementum dat* DEVS, & internum earum sensum: efficiēs in anima tres admirandos effectus, propter quos S. Concilium Tridentinum, Sanctique Patres, hanc vocationem varijs nominibus appellant. *Primus effectus fit in ipso intellectu, cui manifestat veritatem, quam expedit illum seire: ideoque Illustratio appellatur, Colloquium DEI, aut Verbum interius, & GRATIA EXCITANS, quæ peccatorem veluti dormientē excitat. Secundus effectus fit in volūate, quā allicit, inclinātq; vehemēter ad bonum, quod ipsi deest: ac propterea dicitur Inspiratio, Impulsus, Impetus, Dei; tactus, quo tangit ipsum cor, Scintilla ignis Spiritus S. & GRATIA PRÆVENIENS: ea enim præ-*

Lea. 6. in
 cap. 8. ad
 Rom.

1. Thess. 2.
 12. b. Colos.
 1. 13.

1. Cor. 3. 7.
 Tres effectus
 Vocationis.
 Sess. 6. c. 5.

1.
 Intellectus

2.
 voluntatis

ad Ioan. 3. 8.

3.
Corporis.Hom. 1. in
Matth.Homil. 5. in
Matth.De Nomin.
Hebrai. in
Ruth. &
Glossa hic.

e Luc. 11. 21.

Spirituale
sermone.f Matth. 12
29.
Mar. 3. 27.

uenit liberum nostrum arbitrium, & ingreditur DEVS in potetias & facultates nostras, tanquam absolutus earum Dominus, propter quod dixit Saluator noster: *d Spiritus ita ubi vult, & sicut vult, spirat*, vt nemo possit inspirationis eius ingressum impedire: licet libertate relinquat, eam acceptandi: aut eide resistendi. Hinc tertius sequitur effectus in ipsa carne, cuius insultus, passionumque violentie debilitantur & marcescunt, ne sint impedimento, quod minus boni motus & spiritus affectus percipiantur, ac propterea hic effectus appellatur *DEI tactus, stimulus & aculeus*: pungit enim, ac pungendo vrget. Hos tres admirandoseffectus inclusit non sine magno mysterio Spiritus S. in nomine nostrae RVTH, quasi prognosticon eorum, quae in eius conuersione erant euentura. Nam (vt S. Chryso. vel auctor Imperfecti perpendit) nomina Patrum Antiquorum, nominatim verò progenitorum Messiae (inter quos etiam RVTH numeratur) non casu aliquo fuerunt imposita; sed propter aliquam causam, à diuina prouidentia ita dispositam, ad significandum aliquid eius euenturum, quibus ea imponebantur. Quam obrem credendum est, hoc nomen RVTH, (quod eodem Doctore teste, *inpiratione* significat, aut *illustrationem*) ei impositum, eò quod absque caelesti illustratione & inspiratione non potuisset illa dicere, quod dixit, nec facere, quod fecit. At S. Hieronymus plus addit, dicens, hoc nomen significare *videntem vel festinantem, aut desierentem*: quasi tres haec significationes tres illos admirandos diuinae inspirationis effectus ad conuersionem & iustificationem peccatorum vrge-dam & promouendam exprimeret. Ad cuius rei ampliore declarationem aduertendum est, diuinam vocationem esse ad instar conflictus ac certaminis cuiusdam spiritualis, quo DEVS D. N. peccatoris animam à Dæmone possessam debellat, & expugnat: id quod Christus expressit, dicens: *e cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quae possidet, si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet*. Quodnam hoc atrium est, nisi anima peccatoris, quam dæmō tanquam suam possidet, habetque valde septam, nē quis eam auferre possit? Intellectus enim circumdatus est tenebris, ignorantibus, erroribus, ac deceptionibus; voluntas peruersis ad seipsam, suumque appetitum propensionibus cincta: quibus vt obsequatur, peccatis seipsam onerat; caro onerata est passionibus, à quibus ad bona delectabilia raptatur. Haec arma sunt, in quibus confidit Satanus, vt secure ac pacifice miseram animam possideat. Sed Omnipotens DEVS noster, creaturae suae vicem dolens, animam illam expugnare cōtendit; eamque dæmoni in pugna iusta auferre: nō violenter; (quā peccata per liberum arbitrium admitta, non possunt absque libero eius consensu aboleri) sed ea pugnandi ratione, vt liberè & sponte illa velit à tali seruiture exire. Quod vt perficiat, supremus noster Dux, imprimis alligat fortem illum armatum: *f quomodo enim (ait) potest quisquam intrare in domum fortis,*

et vasa

Et vasa eius diripere, nisi alligauerit fortem: Quid autem est, (ait S. Aug.) illi m ligate; nisi omninò reuocare, aut certè moderari facultatem, quã prius æ mon accepit, ad tentandum peccatorem; ne scilicet ad eò vehemens tunc tentet, sicut alias; aut quemadmodũ deprauiata eius voluntas vellet: enim Deus non ligaret eius manus: tanta est eius crudelitas, vt sciam atq; peccatorẽ sibi subijceret, tractaret tanquã *glanaticũ* illum demoniacũ, quẽ reddidit h *cacũ, surdũ, mutũ, furiosũ*, ac mente captum, occludens oes vi. s. & portas, quibus remediũ posset illi aduenire: nisi Deus ipse, omnipotentia suauitẽs, stupẽda aliqua vocatione eũ liberaret. Quare vel aufert illi, vcl hebetat præcipua arma, quibus ille cõfidit: maledictas videlicet suggestiones, quibus animã facultates omnes cõturbat: efficit enim Deus, vt vel omninò taceat, quamdiu loquitur Deus; vel si loqui illum permittit, tantam moderatiõnem præscribit, vt attentionem non impediãt ad ea, quã Deus loquitur ad cor, vt sibi illud subijciãt.

§. 1. *Quosnam effectus vocatio lumine caelesti perficiat.*

ALLIGATO hoste, vt prædictũ est, incipit Deus D. N. oppugnationẽ animã globis, hastis, & sagittis illustrationũ & inspirationũ celestium, quas tãto impetu iaculatur, vt tota animẽ domus cũ suis omnib; facultatib; cõtremiscat. Vt plurimũ verò assultũ primũ auspicatur ab intellectu peccatoris, ignorãtijs & erroribus obscurato: in quẽ globos illustrationum instar fulminũ & fulgurũ mittit; qui ita internos eius oculos clarificãt, & aperit: vt aduertat, q; antea nõ videbat; & agnoscat, q; ignorabat, aut nõ tanti faciebat; aut certè, vt modo quodã valde dissimili iam videat, quã antea soleret: tãta. n. vi. interius lumẽ, sensumq; veritatũ, quas à cõtentionatoribus audit; aut in libris legit, aut repẽtẽ in memoriã incidũt, impertunt, vt (quẽadmodum apud Iob dicitur) *a totũ cor torqueatur, expauescat ac de loco suo emoneatur*; & loco sc. infidelitatis, vt in Ecclesiã inducatur; & de statu peccati, vt cõstituat in gratia; & à creaturis omnibus, vt cõuertatur ad suũ creatorẽ. Et illud Dauidis: *c illuxerũt fulgura, & coruscationes tũs orbi terre: VIDIT, & cõtremuit terra*. Vtinã dixisset nobis Propheta Sanctus, qualnã res fulgura illa & coruscationes terrã manifestarũt, quarũ aspectu terrã cõtremuit, & cõtremuit! fulgura & coruscationes repente super terrã peccatoris illucẽscẽtes, sunt incogitata Spiritus S. illustrationes, quibus duplicẽ illi manifestat abyssum: alterã propriarum miseriarum, diuinarum misericordiarum alteram: vt peccatoris terrã ad perfectã suã conuersionẽ portas aperiat.

PRIMUM enim, si peccator sit infidelis, per hoc lumen videt ignorantia, in qua vixerit; scẽtã suã falsitatem, falsãq; religionis deceptionem: & erubescit, quod pro Deo habuerit Idola; pro luce, tenebras; pro veritate, mendacia; vitiaque pro virtute. Quod si fidem verã iam habeat, eodem lumine aduertere, ac sentire incipit miserias omnes nequã mundi, in quo habitat,

lib. 20 de
ciuit. 6. 8.

g Matth. 17

+

Mar. 9. 24

Christus al
gat Demo
nem.

a Iob. 17. 11.
b c. 37. 1.

c Psal. 76.
9. 96. 4.

1.

peccatorum suorum scditatem; propria damnationis periculum; bonorū, quæ possidet, aut habere cōtendit, vanitatem; breuitatem vitæ; horæ mortis incertitudinē; diuini Iudicij seueritatē, terribilitatē inferni, ac tremendā DEI iram illi minātis. Harū rerum aspectu timet, tremet, ac contremiscit: & hic timor incipit ipsum ex loco suo, maloque statu, in quo est; & peccandi occasione, in qua versatur, educere: & nonnūquā efficit, vt seculo rebusque, quas in ea habebat, omninō renuntiet: quo horrenda mala hoc lumine sibi perspecta, euadere possit. Quemadmodū peregrinus aliquis obscura nocte perueniens ad periculosum aliquem locum, in quo ingens esset præcipitium, si repente splendore coruscationis oborte, certum, si pergat, imminere sibi periculum videat, mox totus contremiscens subsistit, retroque cedit: Ita peccator, cuius *via* (vt ait Dauid) *tenebra & lubricū*, cum primū eius animæ illuxerit lucis diuinæ coruscatio, contremiscit totus finemque prauæ suæ vitæ imponens, de ea emendanda cogitat; ac statuit.

c. Psal. 34. 6.

2.
Veritates
practica.

QVOD Vt maiori cum suauitate ac facilitate perficiat, eadem illustratio cœlestis ostendere illi consuevit excellentiam veritatum, quas fides Christiana reuelat; Ecclesiæque ad ipsius remedium proponit: manifestat illi virtutum pulchritudinem; æternorum bonorum magnitudinem; infinitam DEI quem offendit, maiestatem, innumera, quæ ab eo accepit, beneficia; eiusdem in omni loco præsentiam, quid fiat spectantis; paternam, quam de suis gerit prouidentiam; insignem illam charitatem, qua factus est homo, & in cruce pro eius remedio mortuus; infinitam eius misericordiam, qua ipsum tandiu expectauit; infernoque dignum inuitat ad veniam. Que & alia similia videns, præ stupore tremet ob mala, quæ scit se perpetrasse; erubescens, quod creatorem pro creatura reliquerit; quod tanto benefactori fuerit ingratus; erga supremum Dominum adeo inciuilis & inurbanus; ac denique tam parcus in eo amando, qui tantum erga ipsum amorem ostendit. Propter quæ omnia statuit firmiter, cum amoris spiritu progredi in eo, quod incepit cum timore. Ita accidit Saulo, Damascum cum magno furore contra Christianos proficiscenti: descendente enim Christo D. N. de cœlo ad eius animam expugnandam, & subito circumfusus eum lux de cœlo, illuxitque cordi eius terreno, diuinæ illustrationis splendor, quo vidit, timuit, ac tremuit; & amotus ex suo loco, *cecidit in terram*. Sed quid ea luce vidit? vidit (quemadmodum suo loco perpendimus) propriæ miseræ abyssum, qua persequebatur ipsum IESVM, venientem ad ipsum saluandum; ipsiusque IESV misericordiæ abyssum, eundem volentis seruare, qui ipsum persequebatur; vidit, quam *durum sibi esset, contra stimulum calcitrare*: quam vero expediret, se piissimo Redemptori lubijcere: ex qua visione ita mutatus est, in virum alterum, vt ei sese dederet, quem persequebatur; ac diceret: *Domine, quid me vis facere*: o admiranda vis lucis cœlestis! o ineffabilis illustrati-

Sauli Conuersio.

d. Act. 9. 3.

Part. 5. Medit. 29.

nis diuinæ potentia! quæ aded erit dura terra, vt ad tantum splendorem non tremat? quæ rupes aded fortis; vt ad talia fulgura non contremiscat? quis mons aded erit profundè radicans, vt non euellatur ex loco suo; tollaturq; & mittatur in immensum diuinarum misericordiarum mare, vt à suis omnibus miserijs liberetur? O lux diuina, quid de admiranda tua efficacia dicam? Tu infideles conuertis; reducis hæreticos; mutas peccatores; desolas mundum; condis verò Ecclesiam; desolas seculum, repleas verò deserta, & Religiones innumeris habitatoribus! *Hoc magnum lumen* (ait S. Gregorius) *tenebras cordis euacuat, mentis oculos purgat, animos erigit, corda accendit, edocet semitas iustitiæ, desiderium virtutis adauget, magnum lumen per quod vitamus offendicula, precipitia precauemus, euadimus pericula, pertransimus laqueos, non timemus prospera, sustinemus aduersa, respicimus errorem, sequimur veritatem, Dæmonem vincimus, & sequimur Christum.* Cur non desideras, anima mea, hoc lumine illuminari, & illustrari hoc splendore? accede ad Patrem luminum, vt ea tibi communicet: si enim *e accesseris ad eum*, (quemadmodum ait Dauid) *illuminaberis lumine gratiæ eius, & facies tua non confundetur*, ob culpæ fœditatem.

SED amplius adhuc diuini huius luminis efficacia ostenditur ex eo, quòd naturam habeat ignis, qui ardet & illuminat: illuminat in intellectu, ardet verò in voluntate: in qua vehemens efficit salutis desiderium: idq; impulsu aded forti, vt faciat accelerare gressum, summaque velocitate currere, fugientem statum suum malum; quærentem verò, quod vidit, bonum. Vnde autem tanta oritur velocitas, nisi ab infinita Domini charitate, ignea ad expugnationem instrumenta, affectus scilicet amoris adhibentis. qui amor, flammæ instar, statim atque nascitur, videtur fugere terram, vt velociter perueniat in cælum vbi finis eius est, & quietis locus. Cum enim DEVS D. N. tenerimè diligit animas, grauius fert, si peccato eas videat defædatis: ideoque vehementer vrget, vt eas festinanter ex Dæmonis faucibus eripiat, accendens in eis ignem quendam amoris aded vehementis, vt eas extra se faciat; vrgeatque vt velocissimè currant; (f quemadmodum cerui, qui serpentes deuorant, aut quos persequuntur canes) quærantque fontem gratiæ viuam, vt à peccatorum suorum veneno & crudelium hostium persecutione liberentur. Hoc modo festinauit Maria Magdalena, quærendo Christum Seruatorem nostrum: cum enim septem venenatos serpentes, multitudinem scilicet lethaliū peccatorum deuorasset; septemque Dæmonia eam persequerentur, quæ passim allatrantia, eam mordebant ac vulnerabant: tacta illa diuini spiritus impulsu, ad suum quærendum medicum festinauit. Ad cuius pedes prostrata, igneque inflammata inspirationis liquefacta, tantam effudit vim lacrymarum, vt ad culparum maculas eluendas sufficerent. adeoque in cursu illo properauit, vt breui hora eousq;

*in Psalm. 6.
conit. ad
versum 6.*

e Psalm. 33. 6.

3.

*Ignis lucens
& ardens.*

*Psalm. 41.
.2.*

*Luc. 8. 2.
Marc. 16. 9.
Magdalena
Conuersio.*

g Luc. 7. 47.

h Aliorum.

h Isai. 8. 3.

i Act. 2. 41.

k Cap. 4. 4.

Lib. 2. in

Lucam.

Luc. 11.

49.

Ruth vi-
densis festi-
nans.

peruenerit, quod multi alij iusti in multis annis non peruenerunt: quemadmodum insinuat dulcissima illa sententia eius, qui charitatis ac sanctitatis gradus ponderare nouit, ac aestimare, cum dixit: *g remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Simili festinatione cucurrerant, eodē impulsu diuino tacti, Mattheus, Zachæus, Samaritana, alijque peccatores, quos Christus D. N. vocauit, & conuertit, significationem implens nominis, quod iussit DEVS, Isaiam illi imponere: *h voca, inquit, nomen eius, accelera spolia deirabere, festina prædari.* valde enim anxie desiderat, fortis illius armati domum prædari, eiusque spolia, nostra scilicet corda sibi accipere. Eadem verò festinatione cupit ipse, nos prædari eius cor; magnoque feruore ac festinatione cælum eius rapere. Ac propterea diuinū suum spiritum communicauit tanquam ventum vehementem, & in linguis igneis: cuius ignis efficacia adeò fuit præpropria, vt prima sua concione S. Petrus, cum eiusdem inspirationis impetu, rapuerit sibi *tria millia* peccatorum; & in secunda, *k quinque millia.* vt enim ait S. Ambrosius, *nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia,* horret moras, ac dilationes; potius, cum primū nostræ conuersionis opus aggreditur, vellet eam cum omni exactione perficere. Propterea enim dicit: *lignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur?* ignis hic est Spiritus sancti inspiratio, de cælo in terram; in ipsos scilicet peccatores descendens: quam, vt eo citiùs opus perficiat, Christus ipse fouet, ac nutrit, donec contritionis & amoris actum producat, quo peccata consumantur. Sed quid mirum, si aspectus, quem lux diuina communicat, talem affectum ac properationem efficiat, ad consequendum quod vidit? Nam si aspectus corporalis rerum terribilium aut ipsi corpori iucundarum, magnum calcar addit ad festinationem in illis fugiendis, his verò quærendis: mirum certè non erit; si spiritualis aspectus rerum terribilium, aut spiritui gratarum eundem effectum producat. Quamobrem meritò nomen RUTH, *videntem* significat & *festinantem*, ad significandum, eam cælesti lumine illustratam, tanto spiritus feruore opus suæ conuersionis accelerasse: vt adhuc Tyro in lege, quam amplectabatur, nullas timens difficultates, obtulerit se, quemadmodum postea videbimus, ad æquè festinandum in cursu, atque ipsa Noëmi, quæ antiqua valde erat, in eaque lege veterana. O diuinæ Vocationis efficacitatem, quæ illustrando inflammas, vrgetque vt festinetur, & absque offensione curratur! lux enim tua, & viam monstrat, & vires præbet, ad rectè, festinanterque progrediendum.

S. 2. *Alij diuinæ vocationis effectus.*

EXPVGNATI S duabus spiritus facultatibus, intellectu & voluntate: supersunt internæ carnis potentia, imaginatio & sensualitas, à qui-

bus

bus fortis ille armatus arma plurima accipit. De quo propterea non sine magno mysterio Christus D. N. dixit, quod a *custodiat atrium suum*, domus enim hominis habet suas aulas altiores, Memoriam scilicet, Intellectum & Voluntatem; & atrium inferius ad ipsas portas, imaginationē scilicet & sensualitatem: quarum portae sunt ipsi sensus externi. Sed quoniam Dæmon nihil potest immediate in superioribus illis facultatibus, ut postea dicemus; ideo omnem custodiam & vigilias adhibet, ad capiendum ipsum atrium: occupando scilicet imaginationem, & sensualitatem; passiones, ac propensiones naturales: unde ipsum spiritum oppugnare aggreditur, & superare contendit: quem, si iam superauit, inde quoque magna cura & sollicitudine custodit; occupando quoque exteriores ipsas portas, ne sensus aut aperiantur, aut ocludantur, nisi ad ipsius nutum.

At, supremus noster D E V S, utpote totius domus, eiusque facultatum Dominus, potest impugnationem, ubi maluerit inchoare. Quare interdum vocationem auspicatur a sensibus externis, immittens per portas oculorum, auriumque, imagines aliquas, quasi viuas, rerum valde terribilium; qualis est mors, sepulchrum, aut ignis inferni: quibus acceptis, imaginatio vehementer commouet timorem & metum; quibus carnis propensiones marcescunt: Intellectus vero & voluntas pacatior & aptior manent, ad videnda & amanda, quae sunt ad salutem necessaria. Saepissime autem impugnationem suam aggreditur ab ipsis altioribus facultatibus, recta iaculando in eas globos, prunasque diuinarum inspirationum, quemadmodum diximus: ex quibus prouenit, ut facultates inferiores expugnentur, victaeque iaceant. Si enim immissus spiritus est sicut R V T H *videns & festinans*, lumine scilicet caelesti videns res aeternas; ad quas obtinendas valde festinat, ac properat: mox pars inferior est *deficiens*. Vi enim inspirationis diuinae incipiunt vitia deficere; passiones languescere; carnisque insultus marcescere: debilitatur enim diuitiarum cupiditates, voluptatum appetitiones: & fumi vanitatum euanescent: prout enim diuinus spiritus sensim ingreditur; ita spiritus proprius deficit sensum: & cum ratio ipsa sese colligit, viresque resurmit, caro suas amittit: vna enim eademque inspiratio, quae nos fortes celeresque reddit in bonum; eadem opera debiles reddit & languidos in malum: quemadmodum S. Gregorius optime perpendit, dicens: Qui in sui creatoris amore roboratur, quod magis in diuina fortitudine crescunt, eodem amplius in propria deficiunt; & qui in desiderio rerum aeternarum sunt robustiores; sunt in cupiditate temporalium debiliores. Propterea. n. Psalmista dixit: *b concupiscit ac defecit anima mea*, dum cogitaret de *atriis Domini*: prius dicit, *concupiscit*, & postea, *defecit*: debile. n. est desiderium rerum diuinarum, nisi defectionem afferat rerum propriarum: eoque amplius frigidescit animus in amore seculi, quod Dei amore magis acceditur, quod in sinuauit Sponsa, cum dixit: *anima me aliquae facta est*, vi

a Luc. 11. 21.

Atrium hominis imaginatio & Sensualitas.

I.

Lib. 5. Moral. c. 30. & Homil. 13. in Ezech. b Psal. 83. 3. c. c. Cant. 5. 16.

locutus

d Gen. 32. 25

locutus est dilectus. statim enim atque diuinæ inspirationis pulsus, tactusque percipitur, carnis fortitudo debilitatur; & ipsa infirma debilisque manet in seipsa: quemadmodum etiam Iacob, cum *luctaretur* cum Angelo, Angelus verò *tetigisset nervum femoris eius, statim emarcuit: ipseque claudicabat.* ad ostendendum, quòd, si diuini amoris affectus, spiritusque virtus sit firma & constans, amor proprius carnisque fortitudo deficiat. Hæc ferè S. Gregorius. Ex quibus deprehendes vocationis diuinæ, cor tangentis efficacitatem: attractu enim suo ita liquefacit ac dissoluit quicquid carnale illud habebat: vt te, æquè superbum & arrogantem atque Saulum, impetus iste ex equo tuæ superbix deiciat; carnis insultus moderetur; auferatque appetitum videndi, comedendi, bibendi, ac degustandi res iucundas huius mundi: & potiùs horrorem quendam, earumque fastidium tibi afferet: ingeret verò tantam tuæ salutis famem, vt præ eius desiderio deficiens, dicas cum Dauide: *e exercitatus sum, & defecit spiritus meus.*

e Psal. 76. 4

2.

Contrarij
effectus Spi-
rituum.

Gen. 3. 5.

g Act. 9. 3.

Psal 13. 8.

h Isa. 40. 31

i Ezech. 1.
12. & c.

Ex his, quæ dicta sunt licebit discrimen agnoscere inter suggestionem Dæmonis, & Spiritus sancti inspirationem: quemadmodum enim spiritus ipsi, à quibus illæ proueniunt, contrarij sunt: ita contrarios habent effectus: quamuis idem prima facie nomen sortiantur. Vtraque enim facit nos videre, currere, ac deficere; sed modo omninò diverso. Dæmonis enim suggestio excæcat oculos animæ, ne videat, quod præcipit DEVS; eosdem verò aperit ad videndum, quod caro concupiscit; quemadmodum euenit Eux, cui dixit serpens: *f in quocunque die comederitis ex eo fructu, aperientur oculi vestri; & scietis bonum & malum.* Quare huiusmodi visio, cæcitas potiùs est appellanda, vt quæ meliori alterâ priuet. Contrà verò Spiritus S. inspiratio excæcat quidem oculos, ne videant, quod carni placet: sed eosdè aperit, vt videant, quod placet Deo: quemadmodum euenit Saulo: quem lux cælestis ad eò excæcauit, vt etiã *g apertis oculis nihil videret.* Quæ tamè, visio potiùs, quam cæcitas est appellanda, vt quæ præstantem ad eò rerum cælestium visionem attulerit. Præterea suggestio illa valdè facit properare in adimplenda propria voluntate, conculcando diuinam; At inspiratio properare nos facit, ad implendam diuinam, mortificando propriam. Suggestio illa debilitat spiritus vigorem, acuit verò carnis insultus; facit pedes veloces ad vitia, plumbeos ad virtutem: ipsa verò inspiratio, carnis passiones domat, spiritus verò affectus corroborat: & (vt ait Isaias) *h dat illis pennas sicut aquila, vt volare possint, & currere, non laborantes, & ambulare, non deficientes in obsequio DEI.* ad eum modum, quo sancta i quatuor animalia ambulabant; quæ plena oculis vbi, erat impetus spiritus, illuc gradiebantur in similitudinem fulgoris corruscantis.

Hi sunt tres conflictus diuinæ vocationis in anima: vt obtentâ victoriâ, ingrediatur Iustificationis gratia; ad quam illa dirigitur: tunc autem non

solum

solū optimè illi conueniunt tria mystica nominis R V T H significata prædicta, sed quæcum adhuc valdè insigne & notandum. Voluit enim DEVS D.N. idem nomē in diuersis linguis aut in ipsa Hebræa, cum diuersis punctis, varia habere significata, ad indicanda varia mysteria: hoc autem nomen R V T H, secundū aliquos Doctores, significat *saturatam*, vel *inebriatam*. Anima enim, quæ sollicitè ad eō Iustificationis gratiam cōsiderauit; & ad eā obtinendā ad eō properauit, disposita omnino est, dignaque, cui Dominus nosser reddat, quod promisit, cum dixit: *k Beati, qui esuriunt & sitiunt Iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.* Quæ autem hæc est Iustitia, nisi gratia, quæ nos iustificat? quæ tanta comunicatur, quanta fames est ac dispositio, ad eam accipiendam præcedens: simul verò datur vinum Charitatis, quod nos inebriat, cælestium donorum plenitudine; iuxta illud Dauidis. *linebriantur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos*, donec satureretur. Tunc etiam datur filio prodigo in *utulus saginatus*, quo suum cor famelicum satiet. Alia denique stupenda assert bona in subsequētibz Capitibus insinuanda. Sed nunc huic finem imponamus, monētes, vt siquidē inspiratio Dei nostram exigit cooperationem, ad omnes hos effectus integrè producendos: statim atque eius pulsū senseris, diuini Spiritūs præsentiam (vt S. Bernard. dicit) agnoscas: cuius vox sonat in auribus tuis, veniatque ad te iustificandum; ac donis suis replendum; modò te ad ea recipiēda disponas. Poteris verò magno seruore ei dicere: *ô diuine Spiritus, qui vbi, & qua efficacitate vis, ad peccatores iustificandos, inspiras: præmitte ignem, qui te præcedit, vt luce sua me illuminet, ardore inflammet, velocitate acceleret; adiuuitate denique debilitet ad omne malum, & corroboret ad omne bonum: sariando me donis tuæ gratiæ, donec plenè satures in tua gloria in æternum, Amen.*

Ruth Satū-
rata.Arias Mont.
Tom. ult.
Bibl.

k Matt. 5. 6

l Psal. 53. 9

m Luc. 15.
23.Serm. 1. de
Pentecost.

CAPVT III.

ADMIRANDIS VIIS ET RATIONIBVS DEVS

*Dominus Noster vniversos mundi peccatores vocat, offerens illis
media auxilia, ad conuersionem sufficientia.*



TYPENDA media adhibuit DEVS D. N. adhibetque continuè ad omnes mundi peccatores vocandos, & conuertendos; tã infideles, ad suam Ecclesiam eos deducendo; quàm fideles, vt in ea dignè viuant. Nam (vt ait S. Grogorius, Nazianzenus) *incredibilis est vis amoris, si potentia coniungatur.* Et quoniam DEVS in vtroque est infinitus, fir, vt immensa eius Charitas ipsum permo- ueat, ad media nostræ salutis omnipotentia suâ exe-

In vita sua
quam ipse
scripsit car-
mine.

Tom. 1.

D

quenda

quenda, quæ Sapiencia infinita adinuenit: acomodando ea nostræ naturæ conditioni. Hæc media multiplicia sunt: quædam generalia, & omnibus communia; alia aliquorum propria: quædam rursus ordinaria, alia extraordinaria, & stupenda.

*Christi Ze-
lus animi a-
rums.
a Luc. 5. 32.*

*b Mat. 20. 1.
c Cap. 22. 2*

*d Ioan. 10. 3
e Luc. 15. 4
Mat. 15. 12.*

LUC. 15. 8

*Christus lu-
cerna*

SED inter omnia maximè eminent, & reliquorum omnium est fons: quod ipsemet DEVS in diuina sua natura inuisibilis, voluerit fieri homo visibilis, induens humanam carnem, vt varijs medijs modisq; visibilibus a peccatores vocaret: ad hoc enim (vt ipsemet dixit) descendit cælo, id quod semper egit in terra, manifestans nobis multis parabolis, & comparisonibus hanc suam curam, & voluptatem, qua in hoc munere exequendo afficiebatur. Nunc enim cõfert seipsū cum b Patre familias, qui summo mane, & omnibus diei horis exit, conducere operarios in vineam suam: nunc cum c Rege seciẽte nuptias filio suo, & plurimos vocante ad nuptias, vt tantæ lætitiæ essent participes: Interdum cum d Pastore ouium, eas nominatim vocante ac educente; &, si qua earum aberret, magna cura eam quærẽte, donec inueniat: inuentã verò imponente in humeros suos, & cum gaudio portante ad reliquum gregẽ. Sed vt maximè sollicitudinem hanc suam diligentiamq; manifestaret: etiã cum sollicita ac diligenti muliere se voluit comparare, quæ cum decem drachmas haberet, & unam perdidisset, accendit lucernam, & euerrit domum, & quæsiuit diligenter donec inueniret, & cum inuenisset, conuocauit amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi quia inueni drachmam, quã perdideram. Hæc mulier refert diuiniã sapientiam, ipsum videlicet filium DEI, cuius nouem Angelorum Chori, & genus ipsum humanum sunt tanquã decem drachmæ, siue nummi, creatoris ipforum imagine cufi: cumque humanæ naturæ drachma ob Adami peccatum periisset, quamuis satis aliàs diues esset, vt potè cui noue aliæ pretiosiores in Cælo superessent: inde tamen descendit, ad perditam tanto amore ac diligentia quærẽdã, atque si illa esset totus eius thesaurus, quã vt quæreret, accendit lucernã, nostram naturã induens, corpore & anima constantem, tanquam cera & lychno: addens illi infinitæ suæ diuinitatis lucem. Qua lucerna accensa, totam domum Israel huc illuc illustrando perambulauit, quærens animas quæ suã pulpã perierant. Quis verò explicare poterit quantã in hoc adhibuerit diligentiam? quot medijs? quotque labores in ijs quærendis sit passus! ô quantum tibi constitit, Redemptor mi, hanc drachmam, quærere, & inuenire! In vno die eam creasti ad imaginem & similitudinem tuam; in altero astutia serpentis illa periit: tu verò triginta annos in ea quærẽda cum immenso labore impendisti. Hanc ob causam in pauperrimo tugurio natus es; octaua die circumcisus, sanguinis tui primitias effudisti; in Aegyptum, vt Herodis persecutionẽ euaderes, fugisti; hanc ob causã 40. dies in deserto ieiunasti; tres annos per totam Iudæam & Ga-

Galilæam

vilam prædicasti; noctes tranfigebas orando pro peccatoribus; dies cum eisdem conuersando, vt eos à suis peccatis educeres: quos nunc rationibus ad te adducebas; nunc beneficijs nunc prodigijs, ac miraculis pertrahebas: semper in paupertate & cum defatigatione peregrinabaris, omnibus benefaciens, & mille mala ab eis accipiens. Propterea sanguinem in horto sudasti, captus ac vinctus fuisti, atque ad varia tribunalia ductus, ibique accusatus, colaphis, sputis, flagellis cæsus, spinis coronatus; ac denique ad crucis mortem condemnatus; in qua pretiosissima tuæ humanitatis candela accensa, amoris igne consumpta, & extincta fuit. Sed die tertio ad nouam, & glorificatam vitam rediens, redemptioni nostræ finem imposuisti, recipiens perditam nostræ naturæ drachmam. Quamobrem iustissimum est, amicas & vicinas tuas, Angelorum Hierarchias de ea inuenta tibi congratulari.

Sed non hic subsistit huius Domini diligentia, cum enim necessarium esset, ipsum ad Cælum ascendere, multas alias lucernas accendit, quarum lumine animæ, quæ in terra perierant, applicato illis copioso redemptionis suæ fructu quærentur. lucernæ in hunc finem accensæ, fuerunt Apostoli & Euangelistæ; suntque Pastores ac Doctores Ecclesiæ, qui vitarum suarum exemplis, concionibus, libris, ac miraculis mundum illustrarunt, & peccatores innumeros conuerterunt. Et quotidie multas alias lucernas accendit, quæ in idem munus succedant: quas propria manu ipse deducit, & per angulos terræ suæ prouidentia dirigit, vt vel pauperulam aliquam animam quarant, quam cælo lucentur. Cum enim *omnes homines velit saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*: nunquam cessat euertere huius mundi domum, varijs euentibus, eamque euerrere & ab erroribus, ignorantijs, ac peccatis expurgare. Et ideo vnumquemque hominem (vt ait Sanctus Prosper) varijs modis vocat, nunc manifestis, nunc occultis exhortationibus, persuadendo exemplis, monendo, terrendo minis, excitando miraculis, bona consilia inspirando, illuminando corda, & ad virtutem alligando. Aliquando (ait S. Gregorius) eos vocat per seipsum, aliquando per Angelos, & interdum per homines suos ministros: nunc prosperitatibus, nunc aduersitatibus domum animæ euoluendo, & quicquid in ea est euertendo, ne pereat omnino. Quamobrem eousque progressus est S. Augustinus, vt diceret, quemcunque ad DEVM conuersum, *trahi miris modis*, in quibus infinita Sapientia, bonitas, & omnipotentia trahentis elucet. Et quamuis modi ordinarij eos trahendi, eò quod occulti sint, non rapiant homines in admirationem: si tamen eos assequerentur, obtupescerent ordinem, suauitatem, & efficacitatem, quæ sunt reuera in eis.

Doctores lucerna.

1. Tim. 2. 4.

Lib. 2. de Vocat. Gen. c. 20.

Homil. 36. in Euang.

Lib. 1. contra Iuas Epist. Pelag. a. c. 29.

§ 1. Ordinaria & extraordinaria Vocatio.

EX his licet deducere duplicem Vocationem: alteram Ordinariam, & iuxta communes Gratia leges, & ea, quae providentia diuina ordinariè disponit per media, quae ad id constituta habet; alteram Extraordinariam, quae harum legum terminos transgreditur, sitque inusitatis aut prodigiosis modis, quibus DEVS. N. vitur, vt singulare omnipotentia & praecellētis suae charitatis det indicium, quae suos diligit Electos: quos propterea repente tanta luce, adeoq; vehementi inspiratione prauehit, vt in momento perficiat, quod ordinariae in multis annis non effecerunt: aut etiā hoc subsidio eo tēpore eis subuenit, qui illi actu contradicebant ac resistebant: quos ita permutat, vt assentiātur & amplectātur, quod prius horrebant ac repellebant. Hoc modo vsus est Dominus noster, cum latronē in cruce, & Saulum ex itinere Damasceno vocauit: & nonnunquā huiusmodi stupendas facit vocationes: vt prodigium, quod erga vnum peccatorē adhibet, multos alios animet, videntes, illum ita repente mutatum; & quē admodum S. Paulinus dixit: *ostendit in raris, quod omnibus proficit, si velint.* Quamuis enim adeo sint inueterati, & in suis peccatis obdurati, quemadmodum miseri illi de quibus Ieremias: *a si mutare potest Aethiops pellem suā, aut Pardus varietates suas; & vas poteritis benefacere, cum didiceritis malū:* nihilominus, quod hominibus est impossibile, Deo est facilē: qui suae vocationis vi potest, ac soler in momento mutare Aethiopum nigredinem, & Pardorum varietatem: iustificando scilicet peccatores, habentes plura peccata, quā Pardum maculas; & qui sint turpiores; peccataq; in eis magis radicata, quā sit color in Aethiopibus. Quis b *Matthaeo* Publicano nigrior? & quis magis *Pardus c. Saulo*, Christi persecutore? hos tamen subito mutauit DEVS, dāns alteri albedinem, plusquam niuis; alteri mansuetudinem, plusquam agni: vt in eis misericordiae & omnipotentiae suae magnitudinem manifestaret; simulque diffidentiae & pusillanimitati tuae mederetur: Si forte cogitans multitudinem, tuorum peccatorum, existimes non superesse tibi remedium. Nee tamen occasionem hinc arripas haerendi in tua deprauata vita, quasi expectans vocationem aliquam prodigiosam & inusitam: hoc ipso enim eius te reddis indignum. neque enim DEVS eiusmodi facit prodigia cum vno peccatore, vt ex eo alij in suo peccato permanenti occasionem accipiant: neque in ordinaria sua lege cum aliquo dispensat; vt eam multi contemnant: neque Rex priuilegium contra communem legem alicui dat, vt impune is possit infidelis & proditor esse. Cum igitur DEVS ordinariam statuerit legem, quam seruat in vocandis peccatoribus: ne tū extraordinariam & prodigiosam expectes. Nam, si prodigia desideras, haec ipsa lex ordinaria multis prodigijs est plena. Quid enim magis

stupen-

Refert. Bellarmin. tom. 3. lib. de gratia. c. 5. a Iere. 13. 23

b *Matth. 9. 9.*
c *Astor. 9. 1.*

stupédum, quàm rebus omnibus huius mundi naturalem suum cursum retinentibus, ex omnibus, quæ inde eueniunt, siue prosperis, siue aduersis occasione accipere, ad peccatores, per media conditioni & statui cuiusque accommodata, vocandos? Quis dixerit, conuersionem huius RUTH, etsi facta fuerit via ordinaria, non fuisse adeò admirandam, vt prodigiosa dici possit: Si enim rem benè perpenderit, deprehendes, famem quæ erat in Iudæa, peregrinationem Elimelech cum sua coniuge Noëmi, duobusque filijs in terram Moab; mortem Elimelech, & coniugium filiorum eius cum RUTH & Orpha; mortem quoque horum duorum coniugum; famis in Iudæa cessationem; reditum ipsius Noëmi in eam, & quod vtraque, nurus ex amore, quo illam prosequabantur, eam comitarentur; & quod ipsa RUTH modestia & virtute Noëmi caperetur, afficereturque; ad Religionem, quam illa profitebatur: hæc inquam omnia intelliges, fuisse media, per quæ DEVS D. N. non minus admiranda, quàm occulta dispositione, RUTH conuersionem direxerit: inuenire cupiens hanc drachmam, in regione Moab perditam. In singulis autem his rebus tot admiranda elucet, vt verè dicere liceat, RUTH ad seruitium diuinum *miris modis* fuisse deductam: & per similia media, proportionem quadam, vnusquisque peccator, & tu ipse, si in misero hoc statu hæres, vocaris à Deo; ac re ipsa deduceris, nisi eius vocationi, sicut Orpha, resisteris. Ad cuius Orphæ conuersionem eadem omninò media diuina prouidètia constituit, quæ ad RUTH ipsius: sed culpa sua nolens eis vt, perijt tandem in sua regione Moab, in qua permansit in sua idololatria.

§. 2. Deum inspiratione sua omnes peccatores vocare.

VT autem perspicias, quàm sit effusa diuina prouidentia in vocandis omnibus huius mundi peccatoribus, in duabus his fæminis adumbratis; tam qui vocationi annuentes, saluantur; quàm qui, eidem resistentes, pereunt: audi, quid ipse DEVS per suum Prophetam dixerit: *inuenerunt qui non quaesierunt me; dixi: Ecce ego, ecce ego ad gentem, quæ non inuocabat nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulū, qui graditur in via non bona post cogitationes suas: populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper.* O charitatem infinitam! ô immensam liberalitatem! quò potuit ulterius; Domine, extendi tuæ liberalitatis amplitudo, quàm vt manus tuas expanderes, tuamque dona incredulo populo, semper tibi contradicenti, teque ad iracundiam prouocanti, distribueres? quæ maior potuit esse charitas, quàm expansis vlnis infidelem adeò populū excipere; qui, tuis contemptis vijs, graditur post cogitationes suas? & cuius alterius, nisi tuus amor eò perueniret, vt brachia manusque tuas cruci affigendas extenderes: quò eidem illas affigenti populo salutem & vitam tribueres? quæ qui fecit, quid mirū,

Vocatio
Ruth mira.

Orpha de-
relictio.

a Isai. 65. 1.

si quærat ipsemet eos, qui ipsum non quærunt; offeratque se, vt inueniatur; occurrat ijs, qui nihil minus attendunt, quàm vt de ipso interrogent: obuiâ eat ipsum non vocantibus: dicens semel & iterum: *ecce ego, ecce ego*, quasi diceret: hîc sum, paratus vos docere viam cœlestem, tanquam *Magister*; & remittere peccata vestra, tanquam, *Redemptor*; morbis vestris mederi, tanquam *medicus*; orationes vestras exaudire, vosque mecum vnire, si ad meum obsequium vos transferetis.

b Prou. 1.
20.

Sapientia
clamor va-
lidus.

Hoc ipsum intendit Spiritus sanctus docere per os Salomonis: b SAPIENTIA, inquit, *foris predicat, in plateis dat vocem suam: in capite turbarum clamat; in foribus portarum vrbis profert verba sua, dicens: vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odibunt scientiam? Convertimini ad correctionem meam: En proferam, communicaboque vobis spiritum meum: quid sibi vult, quod Sapientia diuina proprio motu ad prædicandum prodeat, non modò in Ecclesijs, oratorijs, locisque ad id destinatis: sed etiam in plateis, quo negotiatores conueniunt; & in capitibus turbarum, quò homines otiosi confluunt; & in portis vrbium, vbi Iudices iudicia ferre solent: quid inquam, hæc sibi volunt, nisi nos monere, nullum esse in mundo locum, ad quem illa, antequam vocetur, non accedat, vt homines doceat, quæ sint illis facienda, vt saluentur. Ibi clamat, vt surdi audiant; distracti attendant; clamosi taceant; valdè occupati cessent: vt omnes eius verba percipiant, attendantque, quanta dona illis offerat. Docet enim nos experientia, tunc maximè solere DEVM ad nostras portas pulsare, & ad cor loqui, cum nostræ salutis maximè sumus immemores, & ad huius vitæ commoda maximè intenti; nosque monere de imminente nobis ob nostra peccata periculo; & eorum offerre veniam.*

Par. 3. Ms.
dit. 56.
c Luc. 14. 16.
Matth. 22. 1.

Hæc omnia declarauit fusius Sapientia incarnata sub illa iucunda parabola, qua dixit: c *Simile est regnum cœlorum homini cuidam, qui fecit cenam magnam, & vocauit multos; & misit seruum suum hora cœna dicere inuitatis, vt venirent: quia iam parata sunt omnia: & ceperunt simul omnes se fucatis rationibus excusare: ideoque dixit seruo suo: exi cito in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, & cacos, & claudos introduc huc, & ait seruo: Domine, factum est, vt imperasti, & adhuc locus est, & ait Dominus seruo. Exi in vias, & sepes, & compelle intrare vt impleatur domus mea. Quid aliud voluit CHRISTVS D. N. insigni hac parabola, quàm nobis patefacere ingens illud desiderium, quo tenetur, vt omnes peccatores, nullo excluso, domum Ecclesiæ suæ ingrediantur, sintque illius conuiuæ: vt æternæ vitæ cibis, quos præparatos iam habet, fruantur. Quod vt obtineat; diligentissimum valdeque sollicitum seruum mit-*

Et, qui illos inuitet, sanctam scilicet suam *inpirationem*, cuius ingressum nulla occlusa porta, surdaue auris potest impedire. Omnia enim penetrat, nuntiatque, quicquid à suo Domino in mandatis habet; vt scilicet ad conuiuium omnes veniant. Et quoniam tria sunt in mundo peccatorum genera, ter ad eos inuitandos mittitur; nunc quidem sola inuisibiliter; nunc verò cum socio visibili, qui est Euangelicus prædicator; ac donique cum aliqua aduersitate, quæ compellat intrare.

PRIMUM itaque diuitem domos, Principum aulas, & Sapientium vniuersitates ingreditur, omnes monens: vt, vitijs reiectis, Sacramenta percipiant, seseque ad suum Creatorem extoto corde conuertant; sintque ipsi primi præbendo alijs bonum exemplum. Sed iidem, vt postea dicitur, primi esse solent, qui diuinæ vocationi resistunt, iuxta illud Prophetæ de optimatibus: *d Ecce magis hi simul confrugerunt iugum, ruperunt vincula iudicii Dei sui.* Nam quò sunt potentiores, eò sunt vocationi magis rebelles: quò enim magis suis passionibus sunt addicti, eò sunt ad eis resistendù debiliores; vincitque amore bonorum temporalium; ne illa vincula rumpant, spiritualia contemnunt, & æterna.

VIDENS itaque Dominus noster, quàm indignè diuina eius inspiratio in Magnatum diuitemque huius sæculi domibus excipitur, mittit eam ad vicos & plateas ciuitatis, hoc est Ecclesiæ, ad vocandum & inuitandum omnes *pauperes* infirmos, claudos, & cæcos: vt illi venientes fruantur supernis bonis, quæ alij noluerunt acceptare. Quòd si & hi, agnoscentes se miseros esse, peccatisque plenos, sese excusent, dicentes: se non esse dignos, qui in tanti Principis conuiuium compareant; se non habere oculos ad videndam viam, quæ illuc eat, eò quòd sint *cæci*; nec pedes ad eundem, quia sunt *claudi*; nec vestes, vt conuiuij locum ingrediantur, eò quòd sint *pauperes*; nec ad tales cibos sumendos appetitum, eò quòd sint debiles & *agroti*.

HIS omnibus excusationibus diuina inspiratio responderet: Dominum, qui vocat ad conuiuium, posse his omnibus remedium afferre: Nam cæcis potest visum præbere fidei; claudis pedes amoris & charitatis: pauperibus pretiosam gratiæ vestem; debilibus salutem & spiritualem gustum: additque inspiratio, propterea ipsos vocari, quòd sint ad eò abiecti, & miseri; velitque Dominus misericordiæ suæ magnitudinem in eis ostendere: liberans eos à tanta miseria, tribuensque omne quòd ipsis deest bonum. O charitatem infinitam, & sine mensura profusionem! quis crederet, supremum ad eò Principem admittere velle in aulam suam, mensæque suæ regiæ tam miseros & abiectos adhibere? Ne itaque, frater, existimes, DEVM prætermisurum vocare te ad cælestem suum conuiuium, propterea quòd vilis tu sis & abiectus; &

corporis

Inspiratio
legatus
fidelis &
efficax.

Tripliciter
vocat.

I.
Diuitem
fastidium.

d Ierem. 5.5

2.
Pauperum
frigida excusatio.

Christi pia
solutio.

Corporis animæque miseris plenus: hoc ipsum enim illum mouet ad commiserationem: ac propterea te inuitat, non ut ipse ex tua amicitia diuitias, aut honores sibi comparet; sed, ut sua ipse te ditet, ac honoret: nec suum commodum, sed tuum quærit. *e eius enim conuiuia ac delicta sunt, esse cum Filiis hominum, ut eorum repararet miserias.*

c. Prou. 8. 5.

3.

Deus etiam
ab Ecclesia
alienos vocat.

SED quoniam omnis turba huius ciuitatis Ecclesiæ exigua est, pro magnitudine conuiuij, quod DEVS præparauit, pergit inspiratio diuina extrâ ciuitatem ad vias, leporesque infidelitatis, vocando prætereuntes omnes, ut veniant ad conuiuium: Vocat enim gentes, Mauros, Iudeos, & Hæreticos inspirans omnibus, ut sese ad Catholicam Ecclesiam recipiant, veramque fidem eius amplectantur, sine qua salui esse non possunt. Et interdum eos compellit intrare, nõ vi armorum, sed rationum: quas ad eò luculenter efficaciterque proponit, ut sentiant, se ab ipsa veritate coactos, ut vocantem sequantur, oblatumque bonum acceptent. Desine itaque admirari, anima mea, quòd vocet Deus cæcos, claudos, pauperes, ac debiles ciuitatis, eosque sua mensa dignetur: Nam huiusmodi, etsi aliàs miseri, tamen sunt homines rationabiles, fideque illustrati. Illud potius admirare, quòd inuitet syluestres, & feras ambulantes per loca deserta & inuia; gentem moribus bestiam, sine fide, sine religione, sine ratione viuentem: nec horreat eos, ad uiam mensam adhibere, dareque ijs, qui canes erant, panem filijs aliàs præparatum.

§. 3. *Deus iubet, suos ministros admittere, quos ipse vocat peccatores.*

QVAMVIS quæ dicta sunt, vehementem meritò afferant admirationem: multò tamen maiorem affert cura & sollicitudo eiusdem Domini nostri in eiusmodi hominibus vocandis: inspirat enim seruis domus uæ ministris Ecclesiæ, nè tales vocare dedignentur; nec horreant admittere, quos diuina eius inspiratio vocauerit, traxeritque: ut sic domus eius citò repleatur. Suauiter valdè aperuit D. N. hoc suum desiderium & sollicitudinem suo Vicario Principi Ecclesiæ, cum horreret gentes admittere, qui diuina vocatione tacti, ad eam accedere volebāt. a *Cecidit, inquit S. Lucas, super Petrum mentis excessus: & vidit cælum apertum, & descendens vas quoddam velut linteum magnum: quatuor iniis submitti de cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & serpētia terre, & volatilia cæli. Et facta est vox ad eum: surge Petre, occide, & manduca: ait autem Petrus: absit Domine, quia nūquā manducaui omne commune & immundū. Et vox iterum secundo ad eum: Quod DEVS purificauit, tu commune nè dixeris. Hoc autem factum est per ter: & statim receptū est vas in cælum. Quæ potest esse diuina: misericordiæ luculentior expressio,*

2. Act. 10. 12

bi. & Glog.

ciuf.

crusque bonitatis exemplar admirabilis: erat illud linteum (vt ait Beata) Ecclesie Catholicae figura, quae linteum instar fuit persecutionibus contusa, lota, & dealbata sanguine agni, *b qui* (vt ait Apostolus) *eam dilexit, & seipsum tradidit pro ea: vt exhiberet sibi ipse gloriosam, non habentem maculam, aut rugam aut aliquid huiusmodi, cuius profapia est è caelo: c vnde est omne datum optimum & omne donum perfectum:* & innititur quatuor sanctis Euangelij, quae per quatuor mundi partes praedicata fuerunt; docendo homines; quid credere, facere, & orare debeant; & quae Sacramenta suscipere. Hi sunt quatuor funiculi, quibus DEVS Ecclesiam caelo tenet alligatam ita fortiter, vt nemo possit eam dissoluere, aut funes illos abscindere: per eos autem transferetur postea in caelum, vnde descendit.

Quae autem lingua dicere sufficiet, qua ratione hoc linteum in caelum ascendat, & quinam tandem in aedem mundo linteum repositi trahantur: *quadrupedia* nimirum, *& serpentina terra, & volatilia caeli*: abiectionissima in qua hac mundi faece plenum trahitur, & inducitur in paradysum. O dulcissime IESV, quomodo cor tuum ferre potest, vt in linteum aedem mundo, & in quo abluendo ac dealbando tam multa exposuisti, ingrediantur animalia aedem fordida, & stomachum mouentia: quomodo ipsum caelum vis feris aedem immundis complere; quas tuus Apostolus, vel tagere, ob conceptam nauseam, recusat. Sed verè tu, mi Rex, non concipis nauseam ex peccatoribus, quos tenerrimè diligis; quos, vt quæreres, ex caelo descendisti; & cum eisdem aedem familiariter versabaris, vt *d cum Publicanis & peccatoribus*. *Induceres*; teque ab eis tangi permitteres: licet superbi Scribae, & Pharisei eade re murmurarent; nec dicebas, sicut illi: *recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es; sed potius accede, & tange me, vt mundus fias.* Quo amore permotus, omnes peccatores, quantumuis abominandos, in mundissimo Ecclesie tuae linteum recipiendos esse decreuisti: Idololatrias, qui animalia bruta tanquam DEO sadorabant; homicidas, fures; crudeles, & ferarum instar vltiores, falsarios, deceptores, astutos; & serpentium instar implicatos, ambitiosos, & auium instar arrogantes; omnes inquam vocas: & ad cellum tuum inuitas; iubesq; tuum Vicarium, omnesque tuos in eo ministros occidere & manducare: occidere scilicet eorum peccata, in sancti Baptismatis ac Pœnitentiae aquis ea summergeudo; manducare verò, in Ecclesie sanctae viscera per fidem & charitatem traiciendo: quemadmodum cibus corporis ingressus in comedentem, vnum cum ipso corpus conficit. Nec vis ministros tuos cum aliqua nausea huiusmodi peccatores admittere: cum nullam tu hab eas, dum eos vocas, & ad ipsorum pedes deducis: potius cupis, vt eos amplectantur, adeoque amanter excipiant, vt intra viscera sua immittant. Deniq; certos nos facis ac securos: omnes, quotquot in linteum

Ecclesia linteum.
b Ephe. 5. 25.

c Iacob. 1. 17.

4. Euangelia.

2.

1. Matt. 9. 11.

Luc. 15. 2. c.

33.

1. Iai. 65. 5.

Ex S. Grego

lib. 20. Moral.

6. 6.

*Oculus &
manduca.*

illud recipientur, peccatis mortuos, fore in cœlum tuū admittēdos; & eos, qui feræ ac serpentes prius fuerant, inter Angelorum Hierarchias collocādos. Laudent te Regem meū, Seraphini ob accensum ad eū amorē, quo nos prosequeris; animentur peccatores, ad fiduciam in tua misericordia collocandam; discāt sacerdotes, amanter & benignē eos recipere, te imitantes. Ne repellat feruus eū, cui Dominus remittit offensam; nē sit minister crudelis in eum, erga quem iudex est benignus; nē domus præfectus sit parcus in bonis sui Domini distribuendis, cum Dominus iubeat eum esse liberalem, nē ianitor portas cœli occludat, cum iubeat Deus eas aperiri; & omnino patere omnibus, demissē per eas ingredi volentibus; ne vilis vermiculus faciat sibi nauseam comedendi eum cibum, quem comedit ipse Deus. Occidant & comedant, quemadmodum vox ipsa cœlestis præcipit: nec dico, vt comedant peccatorem adhuc viuētem, in quo adhuc viuunt peccata; in quibus vult adhuc hærere: huiusmodi enim peccatorem reprobatur Deus, & tanquam immundus non ingredietur in cœlum: tali claudant etiam ministri portas clauibus, quas ad id habent: siquidē ipsemet DEVS non vult talibus eas aperiri: nullum tamen comedere prætermittant peccatorem iam mortuum, dolentem scilicet de suis peccatis: iuuent potius, vt suis culpis omnino moriatur, & statim comedant, & in Christi corpus trajcere student, vt vnum ex vtroque confletur: non enim decet tanquam immundum rejicere, quem DEVS purificauit, vocauitque, vt Sanctus esset.

*Lib. de Spi-
rit. S. c. 11. &
12.*

Tertius, ait S. Lucas, vocem illam cœlestem auditam esse: vt hæc veritas altius Sancti Petri, ministrorumque Euangelij, tam Concionatorum, quam Confessorum cordibus imprimeretur, quam vocem sanctissima Trinitas confirmauit, cuius opus (teste S. Ambrosio) est ipsa vocatio gentium. Ter quoque vox illa cœlestis insonat: nam inspiratio diuina, quemadmodum ter prodit ad vocandos peccatores: ita quoque ter inspirat, docetque Concionatores mansuetudinem, & charitatem in iisdem recipiendis: vnūquemque verò peccatorem certum esse iubet, si ad misericordiam diuinam se receperit, fore admittēdum. Quamuis itaque vitam tuam, frater, expenderis hactenus in operibus ferarum, odijs & rancoribus excandescens; quamuis te carnalitatibus & luxurijs alicuius bestię instar tradideris; licet nihil aliud feceris, quam serpentis instar te implicando, & fraudes in tuos proximos machinando: & quamuis vitā totam in superbis studijs transegeris; conando, super omnes, auis instar, volare, nemini verò te subijcere: non est cur de diuina misericordia diffidas: modò tuis peccatis mori constituas; eius enim viscera, cœlique portæ, quamuis illis sint occlusæ, qui in suis sceleribus velint semper hærere; patent tamen ijs, qui eisdem mori desiderant.

CAPVT IV.

DEVS D. N. VEHEMENTER ESVRIT

Conuersionem peccatorum, quod si aliqui pertinaciter ipsi resistent, accipit inde occasionem, efficacius alios in illorum locum vocandi.

DVÆ illæ parabolæ de iuuitatis ad cœnam, & ad nuptias, qui, ob suam in excusando pertinaciam, repulsi sunt; & in locum eorum alij efficacius vocati, & quasi venire compulsi, incutiunt nobis hinc magnum diuinæ Iustitiæ timorem; inde verò magnam de diuinâ misericordia fiduciam: vt vtroque hoc pede & spei progrediamur: sine altero enim horum non feliciter conficietur hoc iter. Ad huius rei maiorem declarationem præmittendum est, admirandam esse, nec comprehendi posse famem salutis hominum, qua premittitur CHRISTVS D. N. ob sui Patris gloriam, & ipsorum hominum commodum: quorum conuersio fuit ipsi instar cibi, dum vixit in hac vita: ad eò vt corporalis cibi obliuisceretur, quò hâc Spiritus escam sumere posset. Quod manifestè ostendit postquam conuertisset Samaritanam; reliquosque Samaritanos expectaret, vt conuerteret, rogantibus enim Discipulis, vt manducaret, eò quòd tardè esset: respondit, *ameus cibus est vt faciam voluntatem eius, qui misit me; vt perficiam opus eius*, redemptionem scilicet mundi; & conuersionem earum animarum, quas expectabat. Quemadmodum enim famelicus homo, cum in sua patria non inuenit panem, ad aliam migrat, in qua sperat se posse inuenire: Ita Christus D. N. cum non inueniret hunc cibum animarum in vno loco, eò quòd ipsius vocationi ac prædicationi resisterent; transibat ad alium, vt eas quæreret: adhibens apta media, vt aliqua illi obedirent: solæ enim obedientes, & quæ ipsi se dederent, ipsius erant cibus.

HANC eandem salutis animarum famem vehementem impressit idem Christus Seruator noster suis Apostolis ac Discipulis; & etiamnum imprimis Prælati, Virisque eius Ecclesiæ Apostolicis, quorum præcipuus est cibus, conuersio peccatorum, iuxta cœlestis vocis præceptum, quæ dixit S. Petro: *b occide & manduca*, quemadmodum proximo capite explicatum est. Ex quo prouenit, vt, quando in prouincia, aut ciuitate aliqua hanc animarum suarum escam non inueniunt, quia eorum prædicatione non admittitur, sed eius potius causa persecutionem patiuntur, ex DEI inspiratione aliò se cõferant, vbi eam inuenientes, famem suam latient. Cuius rei figura fuit, mystica illa mulier, quæ referebat Ecclesiam: de qua dixit Sanctus Ioannes,

Spes & Timor.

*a Ioan. 4.
34.*

b Act. 10. 13

Apo. 12. 14

ala Ecclesia
gloria Dei
& salus ani-
marum.

d Mat. 10

23.

Charitas
Concionati-
onum.

c Luc. 10 1

a Mat. 15. 24

b Mat. 11. 43.

c 1. Cor. 10.

11.

quod, cum Draco eam periequeretur, euata sunt mulier a DEO ala dua, non columbae timida, sed aquile magna ac robusta, ut volaret in desertum, in locum suum: ubi alebatur per longum tempus. Quae figura significat, diuinam prouidentiam duplicem Ecclesiae suae affectum tribuere, non timoris, sed amoris & zeli: alterum gloriae ipsius DEI; alterum salutis proximorum: qui acuit in ea famem conuersionis eorum, ad sui creatoris gloriam dilatandam. Quibus alis defugit ex loco persecutionis, quemadmodum Magister eius illi commendauit; non ex timiditate, aut ob cruciatus euadens; sed quod nullum ibi fructum faciat; nec cibum inueniat, quem esurit. Ideoque ex DEI ipsius inspiratione confert se in solitudinem, ac desertum, alias scilicet ciuitates & loca peccatorum, quae aeterna sua praedestinatione illi preparauit, ubi alatur esca illa animarum, quam tantopere appetit. Licet bit quoque has duas Ecclesiae alas dicere, esse feruentes Concionatores, & Euangelij ministros, qui praecipuae sunt mystici huius corporis alae: quemadmodum auis alae, partes sunt praecipuae corporis eius naturalis. Quorum ministrorum munus est, binos prodire ad praedicandum, charitate scilicet unitos: sic enim CHRISTVS D. N. e binos mittebat suos discipulos, ad fidem per mundum dilatandam, & Ecclesiam deducendam ad infidelium deserta, apud quos nunquam alias fuerat, ut ibi alatur, & saturetur animabus, quas tanquam escam in corpus suum traiecerit.

§. 1. Gentium Vocatio ob Iudaeorum pertinaciam.

QUEMADMODVM euenerit, quod diximus, incipiemus ostendere ex occasione: quam accepit Christus D. N. (sicut ipse duabus his parabolis praedixit) transferendi Ecclesiam suam ad Gentium desertum, ob Iudaeorum repugnantiam, qua ipsius praedicationi resisterunt. Cum enim ipsemet de caelo, ad eos vocandos, descendisset, ut suam Ecclesiam legemque Euangelicam, quam afferbat, in eis plantaret, colligendo, quemadmodum ipse dixit, a oues, quae perierunt domus Israel: ipsi vero se rebelles huic uocationi exhiberet, etiam cum postea per Apostolos vocarentur: decreuit occultis suis, sed iustis iudicijs, eos deserere, transferens ab eis regnum Dei, quod est vera Ecclesia; & Scripturas sacras, Sacramenta, & Sacrificia, quibus illud innotuit; & transferens illud ad gentes, quas adeo efficaciter uocauit, ut Euangelij praedicationem admittentes, copiosos fructus proferrent: quibus Ecclesia famem huiusmodi ciborum satiaret.

HORVM omnium insignem & iucundam habemus expressam imaginem in Historia, quam refert primum caput RUTH, si enim ex Apostoli regula, omnia, quae instrumenti Veteris Patribus eueniebant, in figura contingebant illis, rerum aliarum, quae in Nouo erant ventura: quis negabit latere mysterium in eo, quod ELIMELECH Bethleemita cum coniuge NOEMI

duobus.

duobusque filijs MAHALON, & CHELION, non habentes quod in sua patria comederent, eo quod facta esset fames in terra, illam defererent, & abirent, ut peregrinarentur in regione Moabide, terra scilicet gentilium: in qua mortuo parente, duo eius filij ducerent vxores Moabitidas; ibique ad mortem vsque permanerent: ipsa vero Noëmi, quæ sola superstes erat, conuerteret RUTH Moabitidam; cum qua tandem in patriam rediret, ex qua exiuerat: Hoc inquam totum fuit procul dubio viuum quoddam exemplar & imago desertionis Iudæorum; & Vocationis, Conuersionisque gentilium, de qua nunc agimus. Nam (quemadmodum Glossa interlinearis dicit) ELIMELECH, qui ciuis erat Bethlehemiticus, interpretatur; DEVS meus Rex; & figura est IESV Christi Seruatoris nostri, qui iuxta personæ suæ dignitatem est verus DEVS, Rex æternus, & Dominus vniuersæ creaturæ: quamuis secundum humanitatem sit Patre suo minor, quem ipse DEVM suum appellauit, cum dixit: *ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum. Deum meum, & Deum vestrum.* Hic Dominus fuit ciuis Bethlehemiticus, natus, quæ homo in Bethlehem, vbi cæpit se mundo manifestare; & cū Angelorū musica celebravit sponsalia sua cum Ecclesia; quæ eò venit, ad ipsum, ut talem sponsum agnosceret: quæ Ecclesia significatur per NOEMI, quod interpretatur *pulchra*. ex hac enim desponsatione ad eò insignis ei accedit puritas & pulchritudo, ut idem cælestis Sponsus de ea dixerit: *e tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Diuinus hic Elimelech duo filiorū generauit, dum in hac vita mortali degeret: ut familiæ suæ successiōnem propagarent; doctrinamque suam in mundo promulgarent. Hi autem fuerunt S. Apostoli, quibus Episcopi, & Pastores Ecclesiæ succedunt; & Septuaginta duo Discipuli, quibus succedunt reliqui Magistri siue Doctores, & Concionatores, cæteri que S. Euangelij ministri, qui animarum conuersionem promouent. Vtrumque hoc filiorum genus significabant duo filij Elimelech, MAHALON, quod interpretatur *à principio*, & CHELION, quod significat *consummationem*. Apostoli enim primi fuerunt filij IESV Christi, qui principium est nostrorum omnium bonorum: fueruntque Spiritus S. primitiæ, quo ad excellentiam eius donorum: reliqui vero Discipuli, Magistrum suum in amore imitantes, plenitudinē & perfectionem legis sunt consecuti; sensimque perfecerunt opus conuersionis animarum, quod Magister eorum cæperat: vtrisque Apostolis, scilicet ac Discipulis, prædicantibus cælestem eius doctrinam in vniuersa Iudæa; & pro viribus laborantibus, ut omnes Hebræi conuerterentur. Qui tamen vsitatâ suâ pertinaciâ *semper Spiritui Sancto resisterunt*, & Euangelio Sancto contradixerunt. Ex quo orta est fames illa spiritualis, quæ diuino nostro *Elimelech* occasione fuit, ut cum Sponsa sua Ecclesia, duobusque filijs, Apostolis ac Discipulis Iu-

Christus Elimelech.

1 Ioan.: 0.
17.

Noëmi Ecclesia.

Cant. 4. 7.

Act. 7. 51.

deam defereret: quia non inueniebantur spirituales cibi, quos desiderabat, ut iuxta magnum suum feruorem, famem suam exsatiaret.

Huc spectabat mysticum illud factum Christi Seruatoris nostri, cum imminente sua passione videns exiguum fructum, quem a Scribis & Phariseis, ceterisque infelicis Ierusalem habitatoribus percipiebat, cum mane quodam esuriens videret sicut arborem vnam secus viam, venit ad eam; & nihil inueniens in ea, nisi folia tantum, maledixit illi dicens: nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum: & arefacta est continuo ficulnea. Hoc inquam facto significauit, infelicem illam ciuitatem, eiusque progeniem, ob grauissima eorum peccata deferendos esse, tanquam steriles & infructuosos: & quoniam in eis optatum cibum non inueniebat, se cum Ecclesia sua transiturum ad gentium nationes, apud quas optatum cibum inueniret. Huius & illud figura fuit: quod non in ipsa ciuitate Ierusalem, sed h extra portam eius (ut perpendit Apostolus) passus fuerit: significauit enim, copiosorem sue passionis fructum se gentibus communicaturum, id quod & Apostoli & Discipuli ipsius executioni mandarunt, quemadmodum aperte protestati sunt illustres illi duo supremi huius Redemptoris filij Paulus & Barnabas: qui tanquam duae Ecclesiae aera, eam per orbem totum deducebant: *inconstanter dicentes Iudaeis: vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos indicatis aeterna vite, ecce conuertimur ad Gentes, sic enim praecepit nobis Dominus: ut sic impleatur quod scriptum est: k posui te in lucem Gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terrae. Quare idem Apostolus dixit Iudeorum delicto salutem esse Gentibus, & eorum diminutionem, diuitias Gentium. diuisi enim sunt Apostoli, ac Discipuli per omnes mundi nationes ac prouincias: & peregrinantes in regione Moab, totaque Gentilitate, acceperunt sponfas, dum particulares in prouincijs fundarunt Ecclesias, quas ut proprias gubernarunt usque ad sanguinis effusionem: ut ita fidem ibi, religionem Christianam, & Catholicam Ecclesiam plantarent; quae Ecclesia, illis e medio sublatis, mansit sicut Noemi vidua, & absque filiis in regione Moab. Sponsus enim eius Christus in caelum ascendit; eiusque primi filij ad quietem suam apud Patrem caelestem: illa vero exemplo ac doctrina sua conuertit Ruth Moabitidam, figuram gentilitatis; educens eam ab Idololatria & erroribus, in quibus vixerat; ac deducens ad verae religionis cognitionem, quam professam est Heroicis illis verbis: *in quocumque perrexeris, pergam: & ubi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus, populus meus; & Deus tuus, Deus meus. n O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius!* populus enim qui prius erat Deo gratissimus cibus, factus est postea ob sua peccata omnino detestandus; ipsumque DEVM prouocans ad illum ex ore suo eijciendum; qui vero prius ob suas iniquitates in odio erat, factus est cibus electus, &*

g Matt. 21.
19.
Christus ex-
tra portam
passus.

h Hebr. 13.
12.

i Act. 13. 46.

k Isai. 49. 6
Rom. 11. 14.

m Ruth. 1.
16.
n Rom. 11. 33.

Deum
time.

ipſi Deo incorporatus, factus viuū Eccleſie eius mēbrūndq; ad vtriuſq; exēplū, ne quādo iuſtus ſuperbiat, fiatq; inſolēs ex bonis, quæ accepit nec peccator ſeſc cōtrahat, ac deſperet propter mala, quæ patrauit: qui enim hodie eſt o *vas honoris*, poterit ob negligētiā ſuā in *vas mutari cōtumelia*: ſicut cōtra, qui hodie eſt *vas cōtumelia*, poteſt ex diuina Dei gratia, in *vas mutari honoris*.

§. 11. *Admiranda alia Vocationes.*

SED quoniam nunquam pertinaciæ & reſiſtentiæ deerunt in hominibus, qui ſuapte natura ſunt inſtabiles; nec fames cōuertēdi peccatores, quæ in Chriſto eſt, ſaturabitur vſq; ad finem mundi: inde fit, vt idem, quod Iudeis & Gentibus euenit, fuerit cōtinuatum diuerſis temporibus in varijs Aſiæ, Africa, & Europæ nationibus: alijs ſemel acceptam fidem relinquentibus, Deoq; alias in earum locum vocante, vt eam reciperēt, iuxta id quod in libro Iob ſcriptum eſt: *a cōteret multos & innumerabiles, & ſta- refaciet alios pro eis*. Si enim Dæmon inſatiabiliter animas eſurit, vt ſua condant inferna: quid mirū, ſi Chriſtus D. N. ſit etiam inſatiabilis, vt iuſtis animabus condant ſuos celos. Ideoq; cū permittit, Dæmonē aliquas prouincias vel nationes ob earū peccata arripere: ipſe alias ex eius poteſtate eruit, vt ſibi Eccleſiæq; ſuæ eas adiungat. Et quoniam recentia, & quæ in oculis noſtris quaſi verſantur, plus mouent, quā præterita: conijciamus attentē oculos in ea quæ hiſce tēporibus acciderunt. Videmus. n. multas Nationes Septentrionales ab Eccleſia defeciſſe: ſed eiſdē temporibus non defuerunt alię multę, quæ eidē ſe Eccleſiæ adiunxerunt: cui dedit DEVS alas tanquam aquila magna, vt per maria ipſa volans, ſedē ſuā apud Iapones, Chinas, aliasque Orientaliū & Occidentaliū Indiarū prouincias figeret. Quāuis. n. in ſpecie videatur hāc viam aperuiſſe inſatiabilis hominū & ſacra auri, argenti, aromatum, aliarumq; rerum pretioſarum fames, quæ in illis regionibus inueniuntur: at infinita DEI D. N. prouidentia, hac occasione medioque uſus eſt, vt famem ſalutis animarū, qua ipſe laborat, ſaturaret: excitando operarios Euangelicos: qui ad prædictas regiones ſe conferant, cum fame inſatiabili, non auri, aut gemmarū: ſed animarum, & plurium animarum, quibus cœli condantur. In hanc piam occupationem variarum regionum viri pij incubuerunt, qui ſunt b *gemmarum pretioſarum negotiatores*: pro quibus comparandis omnia temporalia, quæ habebāt, vendiderunt ac reliquerunt, ad quos adiuuandos erexit idem Dominus hoc ipſo tempore Patrem & Patriarcham noſtrum S. Ignatium, minimæ noſtræ Societatis IESV. Fundatorem: cuius Religioſi Profeſſi, ex particulari voto, tenentur eſſe veloces Eccleſiæ alæ, vt volent, diſcurrantque per varias regiones ad Hæreticos & infideles, ad plantandam aut reparandam in eis fidem & religionem Chriſtianam: explentes Iſaiæ Prophetiam di-

o Rem. 9.
21.

a Iob. 34. 24.

Deus Eccle-
ſiæ ruinas
reſtaurat.

b Matt. 13.
45.

S. Ignatius.

centis

c Isai. 18. 2

d 2. Cor. 5.
. 01.Angeli ve-
loces.c Isai. 10.
21.

f Rom. 9. 27.

g Apoc. 7. 4.

h Apoc. 3.
20.

Centis: c *Ite Angeli veloces ad Gentē conuulsam, & dilaceratam: ad populum terribilem, post quem non est alius: qui sunt hi Angeli, nisi Apostolici viri? quorū munus, vt ait Apostolus, est, legatos nunciosque esse Christi, d pro quo legatione funguntur, tanquam Deo exhortante per eos, cuius cooperatores sūt & adiutores in conuertendis peccatoribus. Iure autem merito vocat eos Angelos, vt qui custodes Angelos imitentur in officio consulendi hominum bono; & in velocitate ac fortitudine ad exequendam voluntatem diuinam, eiusque gloriam dilatandum. Huiusmodi itaque Angelis legatisque suis inspirat DEVS, eosque efficaciter permouet, vt aquilarum velocitate volent per ipsa maria, donec ad populos illos perueniāt, qui tanquam abiecti, sunt in obliuione & in vltimis terræ finibus: vt eos operā suā congregent, & ad Ecclesiæ gremium perducant, in locum scilicet aliorum multorum, qui ab eo discesserunt. O viri felices, quibus felix aded sors obrigit, vt officio sitis Angeli, regisque æterni legati; IESV Christi præcursores, qui de cibo illo prospiciatis, quo is, ad benignam suam famem saturandam, libenter vescitur. Hæc quidem tum hisce temporibus geruntur; tum fore speramus, vt etiam in posterum vsque ad mundi finem ita eueniant. Nam quemadmodum NOEMI, postquam RVT idololatram ad veram religionem conuertit, redijt cum ea in patriam suam, id est, in Iudæam: Ita Ecclesia Catholica reuertetur ad terram Israel, & *ereliquia*, vt ait Isaias, *populi Hebræi conuertentur* & *salua fient*: vt vterque populus, Hebræus & Gentilis, fiat vnus grex, habeatque vnum pastorem Christum, qui tunc famem suam saturabit, quam semper habuit conuersionis Iudæorum, traijciens in suæ Ecclesiæ corpus *g* *duosdecim millia*, cuiusque Tribus ex duodecim tribubus Isrel, quemadmodum refert Sanctus Ioannes in sua Apocalypsi: per duodenariū numerum intelligens multitudinē eorum, qui ex singulis Tribubus saluabuntur. Nec desperamus fore, vt pulchra NOEMI, quæ nunc ex Anglia & alijs Septentrionalibus regionibus exulat, reditura sit, decursu temporis ad eandem, ob diuinæ inspirationis efficacitatem, & Angelicorum legatorum operam & laborem, qui in rem eam incumbunt.*

NE autem aded vtilis doctrina in genere tantum proposita, sine magno fructu pertranseat: cum hos euentus leges, merito aperies oculos, & ex eis conijcies vehementem, qua Christus D. N. tenetur, tuæ salutis famem: que illum impellit, vt, cum te in peccato aliquo lethali iacere cernit, iucunda sua vocatione vocet, cupiens eam acceptari, vt famem suam satiet. teque in vnum corpus & vnum spiritum secum redigat. Quemadmodum apertè satis id insinuauit modus ille beneuolæ aded vocationis, qua vocans peccatorē dicebat: *h ecce: sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & canabo cum illo, & ipse mecum*. vehementer

ter enim esurire censendus est, qui statim atq; hospitium ingreditur, mensæ accumbit, vt cum hospite cænet. Et quasnam escas existimas illum in hac cæna appetere, nisi animam tuam, ipsumque cor tuum: quod gratiâ suâ in aliud valde dissimile commutans, cordi suo vniet. Nec tu tamen famelicus remanebis: nam & tu cænabis cum illo, fumesque delicatissimos, quos ille afferet, cibos; quemadmodum postea dicemus. Si aut ipsius vocationi resistens, esurientem dimiseris: timendum, ne forte tibi sicut infructuosa fico maledicat: teque ob tuam repugnantiam derelicto, ad aliam animam accedat, quæ illum admittens, famem satiet, tuam prius esurientis. Propterea enim dixit: *tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam*, quasi dixerit: siquidem adest tibi diuina vocatio, te ad meum obsequium inuitans, da illi locum, & fac iuxta illius ductum: alioquin alium loco tui vocabo; cui quam tibi non obedienti denego coronam, dabo obedienti. Nec existimes miser homo, magnoperè **DEVM** indigere ad suam Ecclesiam cœlumque condendum: tu potiùs Deo indiges, vt eò peruenias. Quare si eius in te studio & fauore, quem tibi offert, indignum te facias, quæret ipse, qui eam beneuolentiam acceptet; & in locum alicuius *k Iudæ*, aliquem constituet *Matthiam*; & in locum *l Simonis Magi*, conuertet in *Saulum*. Quod si etiam innumeros rebelles ipse repellat, & non conteret, totidem alios stare faciet pro eis, & in eorum locum substituet; proque vase vno confraçto, aliud ex eadem massa frabricabit, quod sit *o vas misericordie*, in quo diuitias collocet gloriæ suæ, quas *in vas à se* repulit. Ac denique si tu cibum dare renuas, quem ille petit; nouerit alium quærere, qui det sponte copiosum. Nam siue hoc, siue illo modo; siue apud te, siue apud alium, adhibebit ipse media efficaciora, vt satiet suam famem.

Christum
reficiens sa-
tiatur.

Apoc. 3. 11.

Acto. 1. 23.

Cap. 8. 13.

o.

n Cap. 9 7

Job. 34.

4.

Rom. 9.

12.

CAPVT V.

VOCATIO AD PECCATA FUGIENDA:

& mundus Christo aduersarius, ob sex ingentes eius misérias.



AGGREDIMVR tractationem de diuinis vocationibus in particulari, quarum prima spiritualem intendit peccatorum mutationem: educendo eos ex loco detestando valdè, ipso scil. mundo cuius princeps est Dæmon; & cuius ipsi ob peccatum sunt membra: vt in alio excellenti valdè, qui est Ecclesia Christi D. N. eos collocet: faciens illos viua eius membra per fidem, simul cum gratia & charitate. Et quamuis vtrumque simul fieri soleat, agemus tamen de singulis seorsim: referentes in hoc capite omnia mala quæ sunt in

Tom. 1.

E

mundo

mundo eo modo, quo ipsamet vocatio solet cœlesti lumine ea manifestare: vt ea fugientes, euadamus.

PRÆMITTIMVS VERÒ, intra spectabilem hunc mundum, qui est opus Dei, ac proinde bonum (quemadmodum omnia opera manuum eius sunt bona) esse mundum alium nequam, congregationem scilicet peccatorum: & hic est de quo dixit ipse Saluator: quod sit hostis iustorum: a *quia de mundo* (inquit) *non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. qui non potest accipere spiritum veritatis, à quo iusti sanctificantur, quamdiu in sua perfidia permanserit; & in omnibus Christo, eius doctrinæ, vitæq; aduertatur.* Nam (vt ait S. Ioannes) *c mundus totus in maligno positus est. d & omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* quem idem S. Ioannes in mystico sensu appellat e *ciuitatem magnam, que vocatur spiritualiter Sodoma, & Aegyptus, ubi & omnium Dominus crucifixus est.* Dicitur autem *ciuitas magna,* ob innumeram plebis multitudinem, quâ illa complectitur; quia *f stultorum infinitus numerus ambulat per latas eius plateas: & festinant per g vias latas, qua ducunt ad perditionem: est Aegyptus ob tenebras, idololatriam, superstitiones, & errores, quibus implicatur. Est Sodoma, ob gulam, ebrietates, luxuriam & alias abominationes, in quibus versatur, carnis suæ sequens appetitiones. Et his peccatis crucifixit filium Dei, siquidem ipsa in causa fuerunt, cur crucifigeretur, imò (vt ait Apostol.) *h rursum sibi metipsis, & quasi quotidie ipsum crucifigunt.**

HINC apparet, mundum hunc duas habere partes, alteram alterâ detestabiliorem. PRIM A est congregatio infidelium, qua significatur per Aegyptum, tota tenebrosa: eò quòd miserandâ ignorantia, & intellectus obscuritate neget verum Deum, verumque hominum Saluatorem Christum D. ex quo in varios errores deceptionesque labitur. ad hanc mundi partem pertinent Idololatræ, Iudæi, Saraceni, & Hæretici, ceterique infideles omnes: qui simul cum infidelitate innumera hauriunt peccata, & omne genus vitiorum. Altera pars est, congregatio reliquorū peccatorum; qui, etsi veram fidem retineant, viuantque in ipsa Ecclesia, *i factis autem* (vt ait Apostol.) *Deum negant, & Christam:* imitantes ipsos infideles; itaque vitam suam instituentes atque si fidem non haberent; nec legem, quæ ipsorum peccata prohiberet. quibus dixit Ioannes: *knobis diligere mundum, neque ea qua in mundo sunt: si quis diligit mundum, non est charitas Dei in eo.* Et quoniam hi non tam ex errore intellectus, quam prauas voluntatis ac sensualitatis propensiones sequantur, significantur per Sodomam. cuius peccata recensuit Ezechiel, dicens: *hac fuit iniquitas Sodoma: superbia, saturitas panis, & abundantia, & onum ipsius, & filiarum eius: qua manum egeno & pauperi non porrigebant.*

a Ioan. 15.

19.

b Cap. 14. 17

c 1. Ioan. 5.

19.

d 1. Cor. 2. 16

e Apoc. 1. 5.

f Eccl. 1. 15

g Mat. 7. 1

h Heb. 6. 6.

Dua mundi

partes.

Infidèles:

Peccatores

i ad Tit. 1.

16.

k 1. Ioan. 2.

15.

Ezech. 16.

49.

§. 1. *Tres huius mundi miseria.*

QUIS referre poterit extrema scelera & miseria, ad quas mundus pertingit, cui huiusmodi nomina & compellationes conueniunt? Quod si Elenchum quendam eorum, in quo illa quasi ad viuum depinguntur videre velis, audi quæ Sanctus Ioannes de ciuitate Babylonica referat, in qua miserimus hic mundus descriptus & adumbratus erat; a *Vidi, inquit, mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemia, habentem capita septem, & cornua decem. Et mulier erat circumdata purpura & coccino, & inaurato auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione & immunditia fornicationis eius. & in fronte eius nomen scriptum: Mysterium: Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terra. Et vidi mulierem ebriam de sanguine Sanctorum, & de sanguine Martyrum IESV. Quod potuit exemplar magis viuum depingi scelerum & iniquitatum huius mundi, qui vera est Babylon, & confusionis ciuitas, super plurimas aquas fundata, super innumeros scilicet, populos, omnes lubricos ac perituros, quos illa complectitur?*

a Apoc. 17. 5

Etvs prima proprietas & calamitas est, quod eius sedes ac præcipuum fundamentum innitatur Dæmoni, per illam bestiam significato, qui mulierem sustinet, portatque ab vno loco in alterum. Quicquid enim nequam hic mundus, & congregatio ipsi addictorum facit, id facit, sequendo suggestionem impulsūque ipsius Dæmonis. Et quoniam hæc bestia non est freni capax, non tendit, quò illam ducit, qui ipsi insidet; sed quò ipsa vult, illum ducit: ipsa enim iniquos regit ac gubernat; & propterea b *Princeps mundi huius* appellatur, c *Rektor tenebrarum*, & d *Rex super omnes filios superbia*, cuius corpus plenum est nominibus blasphemia. Usurpat enim sibi, suisque filiis titulos & nomina diuinitatis propter quæ vocari & tractari volunt tanquam Dij. Quæ itaque maior esse potest miseria, quam effreni aded bestia insidere, & ab hoste aded crudeli duci ac gubernari! cuius crudelitatem *coccineus* siue rufus color manifestat: non enim saturatur nisi peccatorum sanguine, quo blasphemia nomina scribit inclinando, malisque suis exemplis omnes implendo, vt (quemadmodum dixit Isai. 52. 5. Roman. 2. 24.) *ingit tota die nomen DEI, eiusque sanctorum blasphemetur.*

I.
Mundus
Dæmoni
innititur.b Ioan. 14.
30.
c Ephes. 6. 12
d Iob. 41. 25.

HINC secunda mundi miseria exoritur, quòd scilicet fundatus ille sit, & f *positus in maligno*, & in septem vitij capitalibus, per septem bestia capita significatis, de quibus dixit Angelus S. Ioanni, quod g *essent septem montes, super quos mulier sedet, & septem reges, qui illa gubernant.* Si enim rem

2.
f Ioan. 5. 19.
g Apoc. 17. 9.

Peccatis.

bene consideremus, septē illa vitia, quæ Capitalia appellamus: Superbiam, Gulam, Luxuriam, Avaritiam, Iram, Inuidiam & Acediam, tanquā septem montes sunt, in quibus sedent peccatores, proficiētes in omni genere peccatorū; & animo deliberato in illis persistentes, & qui plus in illis creuerūt, tanquā reges & principes sunt nequā huius mundi; vt qui proximi & vniti sunt ipsi bestia, cuius sunt instrumenta ad oppugnandum DEVM, decemq; diuinæ legis mandata. Qui quod sunt potestate maiores, eò sunt etiā nequiores, trahentes post se minores, iuxta illud Ieremiæ de optimatibus populi:

h. Iero. 5. 5.

h. Ecce magis hi simul confregerunt iugum legis, quàm pauperes, & vulgares homines. Quæ igitur miserior esse potest ciuitas, quàm cuius fundamēta sunt vitia; cuius Reges & Gubernatores sunt insigniores peccatores; cuius peccata sicut montes creuerūt; cuius optimates, capita sunt Sathanæ, & instrumenta Draconis ad eius conatus perficiēdos & promouēdos. O infelices ciues, quibus tales gubernatores in sorte contigerunt: siquidem, i. qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.

i. Eccl. 10. 2.

3.

SE D vltcrius adhuc progreditur hæc miseria, eò quod mera infelicitas, falsæ felicitatis pallio contegatur. Miser enim hic mundus felicitatem suam ponit in diuitijs, quas *k oculi concupiscunt*; in voluptatibus, *quas appetit caro*; & in vanis honoribus, quos *ambit superbia vite*. Magnam reputat felicitatē, quod possit *purpura & coccino indui; auro & lapidibus pretiosis ornari; ac margaritis circumdari, ad iactantiam & vanitatem suam ostentandam*. Omnia autem hæc, quæ exterius splendent, sunt *poculum aureum*, quod tenet *in manu sua plenum abominatione & immunditia*, quod propinat suis ciuibus. *Poculum* etiam est *aureum*, sensuum illecebrarum appetitio, gula, ebrietate, luxuria, milleque alijs vitijs refertum. Hic est *l. calix aureus Babylonicus, inebrians omnem terram: de cuius vino biberunt omnes gentes*: & idē inebriata & commota sunt; iudiciumque ad eò amiserunt vt Deos falsos adorarent; & ratio filiorum huius sæculi ad eò fuit perturbata: vt effrenes suos appetitus sequentes, in omnia vitiorum genera præcipitentur. Ab his enim tribus venenatis fontibus innumera-

k. 1. Ioan. 2. 16.

Et falsa felicitate.

Iero. 51. 7.

m. Iob. 1. 16.

n. Prov. 23. 31.

o. Matt. 23. 1.

fluunt peccata, quæ corda inficiunt hominum sæcularium, *in qui bibunt sicut aquam iniquitatem*; calicis potius splendorem; quàm ipsius haustus venenum attendentes; *seleque n colore vini splendentis in vitro*; eiusque sapore, cum *blandè ingreditur* oblectantes: nec attendentes, quod *in nouissimo* (vt ait Sapiens) *mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet*. O cæci filij Adami terreni, qui suo peccato fundamenta iecit ciuitatis peruersi huius mundi! cur Patrē illum vestrum imitamini, pomum, in quo *la mors latet, comedentes? o sepulchra dealbata, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum, & omni*

spurcia

spurcicia & hypocriſi! quomodo non horretis factorem veſtrum interiorē qui omnem iſtam externam pulcritudinem deuorabit: ô munde munde qui nihil aliud, quàm ſolum mundi nomen retines, eò quod mundus qui dem ex manu tui creatoris prodijſti; ſed in vita ipſa totus es ſordidus, & vomitum prouocas: opera enim manuum tuarum te totum deſcēdā- runt.

§. 2. De tribus alijs eiſdem mundi miſerijſ.

QVID verò dicam de cæcitate & ſtultitia, qua idem mundus ſuam iac-
 etat immundiciam: quid enim eſt, quod a *in fronte eiſ ſit ſcriptum*
nomen Babylon magna, mater fornicationū & abominationum terre, niſi quod
 iacet ſua ſcelera manifeſtē: nec dedignetur ea promulgare: b *frons,* inquit
 Jeremias, *mulieris meretriciſ facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere,* talis videri: vultū
 tuum ſine pudore aperis, vt cognoſcaris: quia verè qui illum viderit, quis
 tu ſis ſtatim agnoſcet: Nā *peccatum tuum quaſi Sodoma pradicat, nec abſcon-*
dit: quia nō erubeſcis, quòd illud habeas. d *Quid itaque gloriariſ in malitia,*
qui potens eſt in iniquitate patrandā? ô incredibilem malitiam, quæ conſue-
 progreſſa eſt, vt gloriam tuam in eo colloceſ, quod eſt ſumma ignominia
 dignum. Ecquis dignè explicare poterit miſeriam, quam ipſo tuo rō nine
 præferſ? Neque enim ſine cauſa Angelus, qui hanc figurā Sancto Iohanni
 oſtendit, antequam eā explicaret, hoc verbo, *Mysterium,* eſt uſus; vt intel-
 ligeremus, magna in eiſ ſignificatione arcana latere: multo que maiores
 eſſe miſerias, quàm exteriùſ appareat. Quis etiam conſuſionem illam ex-
 plicare poterit, quæ latet in eo, quod vocetur *Babylon?* quis ſecunditatem
 deteſtandā, quæ *matris* nomine adumbratur: quis Idololatrias referet v-
 troque nomine *fornicationum & abominationum* comprehenſas? Quæ idola
 non adinuenit mundus: quos falſos DEOS non eſt veneratione: omitte in-
 numera gentiū idola, & in illa oculos conijce, quæ reliqui mundi homi-
 nes colunt: & inuenies, quosdam *pecuniam* vt *idolū* adorare; alios *ventrē*
pro Deo habere, alios inanis gloriæ *Soli claraq; Luna* famæ genua ſua fle-
 ètere, abijciantes tanquā adulteri legitimum DEVM ſuum, vt ficto DEO ſeſe
 ſubijciant. Quod ſi aliqui manifeſtē hos DEOS non adorant, id tamen fa-
 ciūt occulte, h *unſquiſque in abſcondito cubiculi ſui ſcelera multa* patrant;
 exteriùſ verò manifeſtantes myſteria: quales ſunt hypocriſe, qui ſanctita-
 tem oſtentant, vt honorem ex ea habeant. O mundum abominandū, qui
 dum te manifeſtas, malo tuo exemplo eſt alijs ſcandalo; quādò verè te oc-
 cultas, alios decipis tua fictione & hypocriſi! ſemper virtutem horres, li-
 cet interdum honorem ex ea venis: mactans inſtar lupi oues, vt ea-
 rum pelles induens, decipias innocentes.

4.
a Apoc. 17. 5

b Ier. 3. 3.

c Iſai. 3. 9.
d Pſal. 31. 3.
Gloriaſur
n peccatiſ.

e Ephes. 5. 5
f Phil. 3. 19.
g Iob. 31. 26

h Ezech. 8.
12.

5.
i Apo. 17. 6.
Mat. 23.
5.
persequitur
istos

PRAEDICTAS tuas iniquitates quinta hac addita impietate obfignas. Non enim satis tibi esse putans, quod sis nequam, bonos crudelissime persequeris, ut à parte tua eos stare facias. *i Vidi*; inquit, *mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine Martyrum Iesv.* O ebrietatem detestandam! ò furiam verè infernalem! quæ non nisi iustorum sanguine satiariis, ut *k veniat super te omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, vsque ad vltimum iustum qui futurus est in terra!* Quemnam iustorum non es crudeliter persecutus? quosdam enim facultatibus spoliis, alios honore; alios in sua quiete perturbas; alijs etiam vitam ipsam adimis. Et cum sis adè impius, in hoc vno tamen, si ita loqui licet, bonus es: quòd, cum bonos persequeris, eos efficis clarissimos sanctos: tu enim illustrissimos facis Martyres, patientissimos Confessores, Virgines purissimas, inuictos Doctores ac Pastores. Sed hoc ipsum non tuæ, sed magni nostri Dei bonitati tribuendum est, qui ex adè horrendis tuis malis elicere nouit adè præclara bona; cum tu adè sis malus, ut ex ipsimet bonis magna elicias mala.

6.
i Apo. 17.
16.
Secum ipse
pugnat.

SED fortè inter tuos ipsos integra & perfecta pace frueris, etiam si persequaris extraneos. *i Decem cornua* (ait Angelus S. Ioanni) *que vidisti in bestia: hodie fornicariam, & desolatam facient illam: & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt.* Quid autem hoc est, nisi viua imago extremæ mundi miseriæ? qui non modò bonos oppugnat, ut peruertat; sed iustis Dei iudicijs, tum secum ipse, tum cum ijs, qui ex parte eius sunt in cõtina pugna versatur: alijs aliorum felicitati insidiantibus: ex quo prouenit, ut eadem illorum felicitas in omnibus conuertatur infelicitatem & miseriam: Instar enim nefrendum sub quercu, se ipsos lancinant, ut glandes præripiant.

SI enim, quod in mundo geritur, accuratè perpendas, inuenies, omnes cupiditates facultatum, deliciarum, & honorum, semina esse bellorum, litium, calumniarum, testimoniorum falsorum, latrociniorum, homicidiorum, & adulteriorum: quæ hanc Babylonicam ciuitatem perturbant, confusione replent, ac tormentis, quia alij aliorum sunt carnifices, ita ut interdum fratres ipsi, & amici, crudeliores fiant tyranni. Hunc miserimum mundi statum deslebat Micheas Propheta, cum dixit: *m Va mihi, quia factus sum, sicut qui colligit in Autumno racemos vindemia, non est botrus ad comedendum: pracoquas ficus desiderauit anima mea, nec inuenit. Perit Sanctus de terra; & rectus in hominibus non est: omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem suum ad mortem venatur. Malum manuum suarum dicunt bonum: princeps postulat, & iudex in reddendo est: & magnus locutus est desiderium anime sue, & conurbauerunt eam. Qui optimus in eis est, quasi palurus; & qui rectus.*

quasi

Inaspina de sepe. Nolite credere amico, & nolite considerare in duce: ab ea, qua dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Quia filius contumeliam facit patri, & filia confurgit aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suam: & inimici hominis domestici eius. Omnia hæc sunt verba Prophetæ. Quæ igitur maior esse potest calamitas, quàm si pars aliqua eius mundi sis, qui adeò sit rationi contrarius? Si enim iuxta eam viueretur & ageretur, princeps deberet lites interciderere: qui tamen ipse iniusta proponit postulata; Iudex rectas & iustas deberet proferre sententias: qui tamen facile prensatur; Qui magnus est deberet terræ pacem quærere: qui tamen illam turbat; Amicus deberet esse amico fidelis: qui tamen illum decipit; Dux belli militem suum protegere deberet: & ipse tamen eum tradit, Filius honorare deberet parentem: qui tamen eum afficit ignominia; filia deberet matrem amore prosequi: qua tamen insurgit contra illam; frater deberet fratrem tueri: qui tamen mortem illi adsciscit; Vxor deberet marito esse fidelis: qua tamen illum supplantat; famuli ac domestici deberent esse Domino amicissimi: qui tamen occulti sunt inimici. Quòd si talia faciunt Principes; quid tyranni facient? si minus mali in mundo, sunt quasi spina de sepe: quales erunt pessimi? si non est fidelitas inter filios & fratres, quomodo erit inter extraneos? si iudices à suo Tribunali veritatem & iustitiam exterminant: vbi illa inueniet hospitium? Quòd si domestici misericordiam & charitatem è domo exturbant: vbi inueniet, qui illam recipiat?

u Isa. 59. 3.

APTISIME verò alius Prophetæ eodem spiritu dixit: *n Manus vestre pollute sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur. Non est qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet vere: sed confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates: conceperunt laborem, pepererunt iniquitatem. oua aspidum ruperunt, & sic sunt alijs occasio hauendi venenum: telas aranea texerunt, vt paruulos capiant: qui comedenti de ouis eorum morietur. Veritas corruit in plateis, & equitas non potuit ingredi. Et facta est veritas in obliuionem: & qui recessit à malo, prada patuit, & persecutioni.* Quæ igitur maior miseria esse potest, quàm quod desit mundo *veritas & virtus*: qua duæ sunt pretiosissima terræ gemmæ quibus homines excellunt bestias, fiuntque similes Angelis, & Dæmoniorum aduersarij: quibus tamen è medio sublatis, euadunt bestijs peiores, Dæmonibus perfimiles, & hominum nobilitate indigni.

u Isa. 59. 14.

Veritas & Virtus exulant.

CAP. VI.

PROGRESSIO FIT IN PVNCTO PRAECEDENTI,
ac indicatur duplex fames, quæ est in mundo.

N ECDVM finis est miseriarum huius mundi, eò quòd sint innumera. Misera enim hæc Babylon, etsi poculum aureum habeat in manu sua plenum vino, de quo hæcenus diximus: nunquam tamen potest ipsam sequentium sitim extinguere: nam quòd magis aurum esuriunt & sitiunt, eò magis horrent, quæ illis maxime conuenirent.

Duplex
mundi
Fames.

AD cuius ampliolem declarationem aduertendum est, duplicem horrendam famem sitimque rabidam affligere corda hominum huius mundi. Altera est fames bonorum temporalium: nam etsi habeant plurima, nunquam tamen illis saturantur: quare semper esuriunt & sitiunt, nullo suis desideriis termino constituto. Altera est fames & sitis multò perniciosior: quia scilicet desunt illis spiritualia bona, in quibus consistit vera saturitas. Quam famem Amos Propheta appellat, a non famem panis, sed audiendi Verbum Domini. Quemadmodum enim dicimus, esse famem in ciuitate, quando deest corporis alimentum: ita merito veri spiritus alimenti defectum, famem appellabimus. An non ergò horrenda fames in huius mundi regione esse censebitur, cum animæ carètur nutrimentis, quæ virtutes sunt ac veritates cælestes; & opera sancta, quæ ab eisde proueniunt? Et cū omnes homines (vt ait S. August.) etiam si Iudæi, Hæretici, aut Pagani sint, desiderent esse beati, esuriantque suam salutem: necesse est, quamdiu in malo hoc mundo versantur, in suis sectis maledictis fame perire: eò quòd in illis verum alimentum, quo satientur, non inueniant.

a. Amos. 8.
11.

Lib. 13. de
Trinis. c. 3.

DUPLEX hæc fames fuit significata in illa, quam refert Sacer Textus nostræ RVTH, imprimis eius verbis: b *In diebus*, inquit, *unius Iudicis facta est fames in terra*: cuius causam coniiciunt Doctores in continuatum per multos annos defectum aquæ, è cælo descendentis; & in solis æstû, quo illa terra fuit exsiccata in pœna peccatorum eius. Quis hic est Iudex, & quæ terra, quos Spiritus S. huius libri auctor, noluit propriis nominibus exprimere: num illa ignorauit? quod si nouit, cūr voluit, Iudicis nomen esse occultum: nec dignatus est nomen propriū terræ exprimere? sed hoc totum eò ipse direxit, vt quasi penicillo nobis miserrimum huius mūdi, & hostis sui statū depingeret. Suos enim amicos ex proprio nomine nouit Deus scientiā, quam dicunt, approbationis: quia & vitam & operam ipsorum approbat: At peccatores hostes suos nec de nomine nouit, nec dignatur ore suo illorū nomina proferre: quia deprauatos ipsorū mores

b Ruth. 1. 1.

repro-

reprobat: & iuxta præsentem iustitiam eos destinavit ad infernum. Hanc enim ob causam (vt bene perpendit S. Gregorius) Christus D. N. in parabola diuitis epulonis & mendici Lazari expressit mendici nomen, eò quòd esset iustus ad significandum se illum nosse, eiusq; nomen in libro vitæ scriptum habere: reticuit tamè diuitis nomè, eò quòd peccator esset ac reprobus: vt sic ostenderet, nomen eius de libro viuentium esse deletū, nec dignum, cuius inter homines memoria esset, aut aliqua eius in libris sacris metio fieret. Quid ergò aptius mundo huic tribuitur, quàm quòd sit terra populi à Deo iuxta præsentè iustitiam reprobat: *c quorum nomina*, vt ait Dauid, *cum iustis non scribuntur*. Et cuius principes gubernatoresq; adeò sunt impij, vt dedignetur DEVS, proprijs eos nominibus compellare. Quid autè hinc prouenit, nisi horreda mortalisk; fames in hac misera terra? In penā enim peccatorū suorum deest illis veritatum, virtutumq; cælestiū irrigatio, quæ animæ sunt nutrimentum; & præterea æstus cupiditatum eorū quotidie magis famelicos reddit bonorū temporalium. quorū fames adeò est, vt dicitur, *canina*, vt etiāsi plurimūm comedant, nunquā saturentur. Hæc est infelix illa regio, quòd peruenit filius prodigus, cum è domo paterna discessit, de qua regione dicit Euangelista: *d facta est fames valida in regione illa*: adeoq; eius miseria creuit, vt neq; inueniret cibum homini conuenientē, nec permitteretur *ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, implere*. Nō nego, multos esse huius mundi homines, *e quorum venter* (vt ait Dauid) *de absconditis DEI adimpletus est*, de bonis scilicet tēporalibus, quæ DEVS abscondit sub terra, eò quòd vilia sint in oculis eius: & *saturati sunt filii*, nō legitimis sed spurij: nam *dimiserunt reliquias suas parvulis suis*, testibus carnalitatē ipsorum. Quamobrè (vt S. Augustinus legit) *saturati sunt porcina*: quia sese bestialibus voluptatibus tradunt, vt inordinatas suas expleant appetitiones: idq; adeò vehementer, vt non solūm cibus porcorum, sed carnibus etiam eorum vescantur. Vorantes enim bona terræ, bestiarum mores in animæ viscera trahunt. Quæ etsi in specie felicitas appareat, est tamen summa infelicitas: siquidem præmisit eodem loco Dauid: *à paucis de terra*, hoc est, à numero iustorum, Deus *diuidit eos*: & quāuis saturitatis speciē præferat, est tamen fames molestissima. tales enim esse tūm non possunt animarum famem saturare; tūm adferunt nausēā verarum esearum, quibus ipsæ vescuntur animæ: quæ quòd spirituales sint & æternæ, capacitatisque cuiusdā quasi infinitæ, non possunt bonis corporeis, perituris, ac limitatis satiari: quia illis deest requisita proportio, vt sint animarum nutrimentum: quemadmodum qui fame corporis premitur, satiari non potest auro, nec argento, nec rebus alijs, quæ non sint accommodatus cibus humanus. quem si fastidiat, ideoque non comedat, exsiccabitur tandem, & præ fame morietur.

Homil. 40.
in Euangel.

Nomen peccatoris in obliuione est.

c Ps. 68. 29

d Luc. 15. 14.

c Ps. 16. 14.

1b. 8. Epist.

54.
Falsa saturitas.

§. 1. De quinque famelicorum peccatorum generibus.

In d. eslav.
in id Ecce
nos reliqui-
mus omnia
circa me-
nium.

Similitudo
ulchra,

ap salam.

b Matt. 5. 6.

Mundus est
famelico-
rum. & nau-
seabundo-
rum con-
gregatio.

Auauiti-
Luxuria,
ira.

Quæ superius sunt dicta, mirificè explicauit S. Bernardus; iucundis-
sima quadam similitudine. Vidi, inquit, ego aliquando quinque vi-
ros, quidni phreneticos arbitrer? Primus siquidem buccis tumentibus ma-
rinam masticabat arenam. Secundus sulphureo astans lacui exhalantem ter-
rimum foetidissimumque gestiebat haurire vaporem. Porro tertius for-
naci incubans vehementer accensæ, micantes scintillas hiantibus excipere
faucibus latabatur. Quartus supra pinnaculum templi residens, leuioris
auræ spiritum aperto attrahebat ore: & si quo minus influere videretur,
flabello sibi ventum ipse ciebat, ac si totum speraret aërem deglutire. Quin-
tus seorsim positus ridebat cæteros, ipse quoque ridendus, & maximè. Pro-
prias enim carnes incredibili quodam studio sugere laborabat: nunc ma-
nus, nunc brachium, nunc alias partes applicans ori. Miseratus homines,
causamque miseriæ seiscitatus à singulis, vnam omnibus esse reperio, vali-
dissimam vtique famem. Tunc verò macilentissimas eorum facies contem-
platus, recordabar Prophetæ gementis miserabiliter, & dicentis: *a aruit cor
meum: quia ablitus sum comedere panem meum.* Quid hæc vobis, inquit, pro-
sunt? non sunt naturales cibi: magis famem hæc prouocant, quam extin-
guant. Panis namque animæ iustitia est, & soli b *beati qui esuriunt* illam: *quo-
niam ipsi saturabuntur.* Nimirum ad imaginem DEI facta anima rationalis,
cæteris omnibus occupari potest, repleti omnino non potest: capacem
DEI, quicquid DEO minus est, non implebit. Hæc S. Bernardus.

Ex quibus licet colligere, mundum, qui hostis est CHRISTI, esse
esurientium hominum congregationem, insatiabili fame temporalia &
peritura bona appetentium; & simul verorum bonorum spiritualium & æ-
ternorum nausea laborantium. Nihil enim quod comedunt, potest illos la-
tiare; nec gustât, quod satiare illos possit: ac proinde omnes fame pereunt:
propter nauseam enim horrent spiritus cibos, qui animæ vitam conserua-
rent; propter famem verò appetunt, vorantque cibos carnis qui nunquam
illos satiant, & mortem potius inferunt: quia non sunt proprii illorum cibi.
In hac ergo huius mundi congregatione sunt quinque illa hominum gene-
ra, quæ S. Bernardus insinuauit. Quos enim putas, marinam arenam masti-
care, nisi auaros: qui terrenis bonis, & amaris, implicatisque terræ negotia-
tionibus aluntur? quos, sulphureum haurire vaporem, nisi libidinosos, qui
carnis delectationibus recreantur? quosnam, scintillas ex accensâ fornace
excipere, nisi eos, qui igne suæ coleræ astuant, & ira effreni querant vindi-
ctas? quosnam in alto collocatos, auram attrahere, nisi superbos & ambi-
tiosos, qui aura vanitatis aluntur; studentque erigere se super alios, vt ab o-

mnibus

mnibus inaniter laudentur? & quos denique, proprias carnes fugere, nisi inuidos, qui propria viscera, præ tristitia de alieno bono, consumunt? Quæ igitur phrenesis magis stulta, grauiorq; esse potest, quam famelicos homines tale cibi genus querere, aridum, tanquam arenam; sætidum tãquam sulphur; ardentem, tanquam scintillas ignis; inãnem, tãquam auram; & tantã crudelitatis, vt proprias deuorent carnes? ô stulti filij terreni Adami, qui non animaduertitis deceptionem & calamitatem vestram! ô munde fraudulente, qui promittens saturitatem, fame enecas, cruciando proprijs vitijs ipsosmet, qui tibi adhãrescunt.

NE QVE N. aliud sunt vitia, quã fames quẽdã canina, sitisq; rabida deliciarum, honorum, ac diuitiarum, simul cum nausea bonorum cœlestium. Quid enim est auaritia, nisi insatiabilis fames *e pecunia*: quã (vt ait Ecclesiastes) *auarus non implebitur*? Quid verò gula & luxuria, nisi *dne filie sanguisuga*, quã (vt ait Sapiens) semper *dicunt: affer, affer*: idque sibi tanquam hydropisis, quã quòd plures delicias ebibit, eò magis augetur? & quid aliud est superbia & ambitio, nisi effrenis excellentiã & inanis honoris appetitio? quã (vt ait Dauid) *ascendit semper*. nunquam enim contenta est ijs, quos habet; sed maiores alios semper quærit? Denique vitia sunt sicut illa quatuor, quã Salomon dicit insaturabilia: *infernus*, scilicet *os vulua*, & *terra*, quã non satiatur aqua: *ignis vero nunquam dicit: sufficit*. Malitiosi enim & veruti nunquam satiantur texendis fraudibus; nec carnales quarendis nouis voluptatibus; nec cupidi nouis acquirendi lucri rationibus inueniendis; nec iracundi & vltiores suis inimicis persequendis. Nam ignis irã & colera: eorũ nunquam dicit *sufficit*: & quemadmodum infernus non satiatur deuorandis animabus: sic deprauatorũ hominũ fames non satiatur nouis semper culpis deuorandis. Quòd si mundus non cessat peccata peccatis addere: quid mirũ, si diuina Iustitia supplicia supplicijs addere non desistat? Hęc autem est vltima mundi miseria, a iustitia diuina ijs addita, quas ipse ex proprijs habet: vt sic voluptatum eius dulcedo in cruciatuum amaritudinem conuertatur. Cũ enim ipsi mundani minimè cogitant, solet ira Dei fulmen supplicij pœnãque debitã in eos mittere. Quis enim, nisi impius hic mundus ob sua scelera, causa est pestis, morborum, famis, diluuiorum, terræ motuum, aliarumque innumerabilium calamitatum, quã in hac misera vita nos premũt, & affligunt? Neque enim si mundus non esset, qualem esse diximus, tot pœnã & calamitates pluerent super illum: propterea enim Sapiens dixit: *g Deũ non fecisse mortem, sed impios manibus & verbis suis illam accersisse*, prouocantes iniquis suis operibus Iustitiam diuinam, vt horrendis cruciatibus, varijsque mortis generibus illos castiget.

QVAMVIS autem calamitates, quas quotidie videmus & experimur,

G 2.

magnã

Superbia.
Inuidia.

2.

Vitia sunt
fames canina.Eccl. 5. 9
1. Prou. 30. 15

Ps. 73. 23.

Prou 30. 15

Improvidos
pena inuoluit.g Sapi. 1. 13.
16.

3.

h Apo. 16.
29

i Apo. 18. 5
Mortis an
gustia.

magna sint: quæ tamē vniuerso mundo in eius sine, & singulis eius ciuibus in eorum morte eueniūt, multò erunt terribiliores. in omnibus enim certò implebitur quod S. Ioh̄nes de hac Babylone dixit, quod *h. ueniet in memoriã ante Deum*, vt eius sc. recordetur, *detq. illi calicem vini indignationis ire eius. & alibi: i quoniam peruenerunt peccata eius usque ad cœlum, & recordatus est Dominus iniquitatum eius, dixit: redcite illi sicut ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundũ opera eius: in poculo, quo miscuit, miscete illi duplũ: ita vt pœnã & cruciatu, qui illi inferentur, multò sint acerbiores futuri, quàm quos ipsa intulit iustis. Et quantum glorificauit se, & in delictis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.* O infelicissima ciuitas, cuius robur & potestas in tantam deueniet miseriam! ò infelicissimi ciues, quorum finis erit in horrendis aded cruciatibus & tormentis! ò misera Babylone, quomodò tam secura infides bestia aded crudeli, cuius ille scopus & mens est, vt te ad infernalem deducat specum: vbi cum illa simul, & per illam æternũ crucieris? Cur in manu tua portas aureum calicem immunditijs plenum; propter quẽ propinabitur tibi calix iræ Dei, illumq; hauries vique ad feces? Quomodò audes persequi Sanctos, cum sit venturum tempus, in quo eorundem causa & nomine duplicia sis tormenta subitura? Quomodò infatigabili tuarum delectationum famidas locum, cum sit certum: nunquam infernum cessaturum eum cruciare, qui nunquam voluit à peccando desistere? cessa, cessa à tuis culpis, nisi incidere velis in aded horrendas pœnas.

§. 2. *Vocatio diuina inuitat, monet q. nos vt ab his miserijs fugiamus.*

EX D I C T I S facile intelliges, quàm sit excellens & immensum diuina vocationis beneficium: quæ hoc agit, vt à tot malis te eripiens, de hoc mundo & hac peccatorum cõgregatione educat, nè cum illis pereas: eò enim sine illa tibi manifestat. Hæc vocatio est, quæ te exeat, vt à misera hac Ægypto, & Pharaonis tyrannide te subtrahas; ne illius plagis subijciaris. Hæc te, tanquam alterum Loth, ex spiritali hac Sodoma educit: ne te cupiditatum flammæ exurant, pereas que in æternis incendijs. Hæc est, quæ monet, vt ex maledicta hac Babylone exeas; manumque porrigit, & auxilium ad exeundum, ne extrema eius miseria te comprehendat. a *Audiui* (ait Sanctus Iohannes) *vocem de cœlo dicentem: Exite de alia Babylone magna, populus meus: vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis.* O diuinæ misericordiæ altitudinem, à qua beneuolum aded verbum prodit, quò nos eripiat ab ingenti aded calamitate? quænam hæc est vox de cœlo descendens, nisi vox diuinæ vocationis & inspirationis? & ad quem illa dirigitur, nisi ad populum Dei: nec solum ad populum Sanctorum, populum scilicet dilectum Domini; sed ad populum etiam fidelium, qui fide eum agnoscunt, quamuis desit illis Charitas. Dirigitur etiam ad populum Electorum, qui super faciem terræ sunt dispersi; & ad omnes ho-

i Apo 18. 4

mines, cupientes esse de populo Dei viui, eiusque amicitia & gratia participes fieri. Hos inquam omnes diuina inspiratio monet, vt fugiant Babylonem, exeantque de mundo, non tam corporis gressibus, quam spiritus affectibus, subtrahendo se congregationi peccatorum, & ab eius moribus procul recedendo, vt de plagis eorum non accipiant. *b Fugite* (ait Ieremias) *de medio Babylonis & saluet unusquisque animam suam.* non enim potest saluari, quæ eius erit ciuis, & leges seruauerit, moresque amplectetur. Exite ex Aegypto, vbi vos alijs, capis, alijsque bestiarum cibis repletis, qui animas vestras non satiant: transite per mare rubrum pœnitentiæ, vt ad promissam terram cœlestem perueniatis, lacte & melle manantem veritatum & virtutum, quæ vestra desideria explebunt. Exite ex Sodomis, priusquam cupiditatum ignis vos exurat; & conscendite Christianæ sanctitatis montem, vbi tuta erit vestra vita. Et quamuis enutriti sitis in hoc mundo, eiusque naturam indueritis; mutate tamē stationem, vosque transfundite: sine hac enim transfusione eueniet vobis, quod idē Ieremias dixit: *c Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fecibus suis, nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem nō abiit: idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus.* Quis hic est Moab aded abominandus, nisi miser hic mundus qui instar præmaturi prauique generis musti vehementissime feruens, subidet super fetidas & acerbis suas feces; & nisi ab vno vase in alterū transfundatur, retinet semper ineptum, quē ab eis recipit odorem atque saporem. Cui malo si remedium adhiberi potest, illud est vt in vas aliud mundum bonique odoris transfundatur. Hoc igitur modo filij huius sæculi, à iuuentute sua ob suarum passionum furorem feruentes, subsident in fecibus cupiditatum carnis; & nolentes eas deserere, semper retinent ineptum illum saporem & gustum, quo illas appetunt; prauumque odorem, quem cum aliorum scandalo exhalant: donec tandem putrescant, & pereant: nisi infinita Dei misericordia efficaci sua vocatione aliquos transfundat, educēdo eos ex malo suo mundo, vitiosisque eius moribus, in quibus iam quodammodo subsiderunt, in locum mundum Ecclesia sua, & congregationem iustorum: inter quos, ineptos suos fumos, moresque deponant: quemadmodum egit cum R V T H transfundens eam ex regione Moab, vbi hæcebat in sua Idololatriæ fecibus, in ciuitatem Bethlehem, vbi verum Dei cultum, & religionem cum omnibus profiteretur. Eò itaque tendit beneuola illa vocatio, quæ in tuis auribus sonat, cum dormis, ac in tuarū culparum fecibus requiescis: vt excitatus à somno, approbes, acceptesque sanctam transfusionem à loco sedeque detestanda, in qua sedisti; ad amplectendum locum, quem tibi ad tuum remedium ostendit. cuius loci præstantiam proximo iam capite indicabimus.

b Iere. 51. 6.

c Ierem. 48.
11.

AL. 11. 11. 11. 11.
+ 21. 11. 11. 11.
+ 1. 11. 11. 11.
+ 1. 11. 11. 11.

+ 1. 11. 11. 11.

CAPVT VII.

*VOCATIO AD INGRESSENDAM IPSAM EC-
clesiam, fidemq; Catholicam profitendam: in qua sola Ecclesia inueni-
untur bona mediaq; ad nostram salutem necessaria: quorum
summa subiicitur.*

QVAMVIS prima Vocatio insignem edat in peccatoribus stragem, dum cœlesti sua luce illis manifestat mala, & incommoda horrendi illius loci, ex quo illos educit: non minorem tamen edit, cum eadem luce ostendit illis præclarissima bona loci, ad quem illos dirigit, Ecclesiam scilicet Catholicam, quæ est congregatio Fidelium, eandem fidem, religionemque Christianam eo modo profitentium, quo idem ipse Christus Seruator noster, (qui supremum est eius caput, cuius Vicarij sunt Pontifices Romani S. Petri successores) eam docuit. In qua sola Ecclesia omnia bona, mediaque inueniuntur, quæ nos sanctificant. ipsa enim sola est habitatio filiorum DEI; & animarum, quæ sunt eius sponsæ, viuumque Spiritus sancti Templum. In quam Ecclesiam necesse est ante mortem intrare, quotquot prædestinati sunt in cœlum, vt æternam vitam in eo consequi possint. Et quamuis Ecclesia verè sit similis a arca, quæ granum simul continet & paleam; & b sagena misse in mare & ex omni genere piscium congreganti; ac denique in ea inueniantur e virgines prudentes & stultæ; & viri sapientes & sancti, constantes & d fulgentes sicut Sol; & similiter viri stulti & inconstantes, qui instar lunæ passim mutantur: iusti tamen soli sunt viuentia mystici huius corporis membra: & magnalia illa, quæ de Ecclesia prædicantur, præcipuè locum habent in congregatione horum bonorum filiorum, qui matris suæ sanctitatem amplectuntur. Quando igitur aliquem diuina vocatio ad Ecclesiam ingrediendam inuitat, non id fit, vt, qui vocatur, maneat inter mortua eius membra, quæ satis sibi esse arbitrantur, si fidem solam absque bonis operibus habeant: sed vt viuorum membrorum congregationi adiungatur. quæ cum vera fide gratiam quoque & charitatem coniungunt, in qua integra perfectaque anime vita consistit.

a Mar. 13. 12

b Cap. 13. 47

c c. 23. 1.

d c. 13. 43.

e Prov. 9. 1.

Hoc totum mirificè nobis depinxit Spiritus S. per Salomonem, dum refert huius Ecclesiæ proprietates, modumque quo Deus homines ad eam vocat: e Sapia, inquit, adificauit sibi domum: excidit columnas septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem & ad menia ciuitatis: Si quis est paruulus, veniat ad me. & insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. Relinquit infantiam; & uenite, & ambulat per vias prudentia.

11a.

tia. Quæ domus hæc est, eleganter adedò adificata & ornata, rebusque omnibus abundans, nisi Ecclesia Catholica? quam ait Apostol. esse *f Ecclesiam Dei vitam, adificatam à diuina sapientia incarnata Sibi*, ad suam scilicet habitationem, recreationem, requiem & gloriam: dignatus est enim, in hac sancta congregatione habitare, *g delitiasq, suas habere cum filiis hominum*, factans in eis desiderium, quo tenebatur, se creaturis suis communicandi; & in eisdem ad suum honorem & gloriam manifestandi infinitos charitatis & omnipotentia suæ thesauros, & inestimabiles gratia suæ diuitias; quæ tantæ sunt, vt idem Apostolus dixerit: *quod h oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus iis, qui diligant illum*. Si enim adedò magna bona creauit in huius visibilis mundi domo, vt hisce naturæ operibus admirandas suas perfectiones ostenderet: quantò erunt maiora, quæ in domo Ecclesie suæ collocauit, ad reuelanda magnalia sua per hæc opera supernaturalia? quamuis autem hanc domum adificauerit Sibi, quemadmodum dictum est: etiam voluit ipsos homines ad eam vocare; cupiens, innumeros in ea habitare, qui bonis fruantur in ea ab ipso collocatis. *Mittit autem diuina ipsa Sapientia ancillas suas*, quos scilicet ad hanc vocationem destinatos habet, ex vtraque hierarchia Angelica & Ecclesiastica, præcipiens vocare, qui *ad arcem murosq, ciuitatis* ascendant, ad altitudinem scilicet firmitatemque Christianæ perfectionis: quæ in exequendis iis, quæ ipsa Ecclesia docet, ac profiteretur, consistit. Hanc autem vocat *ciuitatem* turribus murisque munitam: ad insinuandum, ita eam esse vnam domum ob connexionem, quam in rebus omnibus seruat, vt simul multas domos particularesque congregationes complectatur, ad modum ciuitatis muris protectionis ipsius Dei & Angelorum eius bene munitæ. Quoniam verò diuina suæ Sapientie ancilla non valent mutare corda eorum, quos vocat, vult ipsamet *in sapientibus loqui*, & vocare *paruulos*, non ætate, sed sensu & iudicio: horrans illos, vt *relinquant infantiam*, vitam scilicet ignorantis & imprudentis plenam, quæ suas sequebatur vtilitates & propensiones: & propterea addit: *VITE*. Hactenus enim non videmini vixisse, siquidem vita vestra mors potius, quam vita fuit: vt quæ bestiarum potius fuerit, quam hominum. Incipite igitur vitam nouam, vitam quietam, prudentem, sanctam ac beatam. Quamobrem venite in domum meam, in qua sola inueniri possunt bona & commoda ad vitam adedò felicem ducendam necessaria. Sed quamnam hæc sint bona, cognosci non potest, nisi per visibilibus rerum similitudinem, per quas ipse Spiritus sanctus sensim eas ad nostrum solatium admiranda methodo rationeque reuelat.

1. ad Tim.
3. 15.

g Prou. 8. 1.

h1. Cor. 2. 9

Deus sibi &
nobis Eccle-
sia condidit.

Paruulos
Deus per
se vocat.

Impij non
viviunt.

§. 1. *Stabilitas & Sanctitas Ecclesie in varijs statibus.*

P R I M U M itaque diuina Sapiencia hanc suam domum fundauit super septē columnas, quibus eius moles sustentaretur, vt sic intelligeremus, eam habere omnem firmitatem, & stabilitatem possibilem, qua integra firmaque ad finem vsque mundi perduraret, ita vt quemadmodum ipse Seruator noster dixit, *a nec porta inferi proualere possint aduersus eam: & b licet descendat pluuia, veniant flumina flentq; venti persecutionum & tentationum, tyrannorum & hostium: non tamen corruat.* Qui enim eā edificauit, cum non solum sit homo prudens, sed **D E V S** & homo, & ipsamet Sapiencia: non eam fundauit super mobilem arenam, sed supra firmissimam petram, quæ est ipsemet Christus, vera petra fundamētalis Ecclesie suæ, cuius protectio ac prouidentia semper eam proteget ac defendet. hæc petra illa est, de qua Zacharias Propheta: *super lapidem unum septem oculi sunt.* qui autem sunt hi oculi, nisi omnes gratiæ, virtutes, ac dona huius lapidis? illa præcipue septem dona Spiritus, de quibus Isaias Propheta. *d requiescet super eum (florem Iesæ) spiritus Domini, spiritus sapientie & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientie & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini:* quibus Christus D. N. Ecclesie suæ gubernationi attendit: suntque illi tanquam septem columnæ ad eam sustentandam: comunicat enim illa omnibus iustis ad maiorem eorum firmitatem, quamuis eadem eminentius ijs tribuat, qui futuri sunt eius domus columnæ.

Q V A R E S. Gregorius vult, septem has columnas significare multitudinem virorum Sanctorum ac perfectorum, qui Ecclesiam Catholicam clarissima sua doctrina, vitæq; exemplo sustentent: alios enim esse tanquam *e columnas argenteas*, quæ erāt in *ferculo Salomonis*, ob puritatem & sublimitatem sapientie, qua ignorantēs sustentant: alios tanquam *e columnas aureas*, ob splendorem Charitatis, quam in alijs fouent, ne illam ex torpore amittant: alios, *g columnas aneas*, quæ erant in templo, ob magnam ipsorum fortitudinem ac patientiam in tolerandis laboribus in utilitatem omniū. Sed quoniam non casu fortuito Spiritus S. numerum hunc septenarium expreflit, possumus intelligere per has septem columnas, septem personarum status & conditiones, in quibus totum Ecclesie ædificium conseruatur. *Primus* status est Apostolorum, Prophetarum, Virorumque Apostolicorum, qui eam sanguine suo plantarunt ac dilatarunt, & verò nunc per mundum dilatant, quibus per excellentiam tribuit Apostolus nomen *h columnarum.* *Secundus* est Episcoporum & Prælatorum, qui illam gubernant; subiecti tamen supremo vni Pastori Christi Vicario, qui est Pontifex Romanus. *Tertius* est Doctorum & Magistrorum, qui docent ac prædicāt legem

atque

1.

a Matt. 16.

18.

b Cap. 7. 23.

c Zach. 3. 9.

d Apoc. 5. 6.

e Isai. 11. 2.

Septem do-

na Sancti

Spiritus.

2.

Lib. 7. Mo-

ral. c. 17.

c Cant. 3. 10.

f Eccli. 26.

23.

g Exod. 38.

10.

h Reg. 7. 15.

Septem sta-

tus iusto-

rum. Apo-

stoli.

i Gal. 2. 9.

Episcopi

Doctores.

atque doctrinam, quam ipsa Ecclesia profiteretur. *Quartus* est Sacerdorum & Ministrorum Ecclesiasticorum, qui sacrificia orationesque pro populo offerunt. Nam de vno solo dixit Ecclesiasticus, quod *in vita sua suffulsi domum, & in diebus suis corroboravi templum.* *Quintus* est Religiosorum, qui, rebus omnibus huius mundi relictis, seiplos diuino obsequio dedicant, sequentes Euangelicam perfectionem. *Sextus* est continentium ac Virginum, qui *sequuntur agnum quocumque ierit*, imitantes scilicet eius puritatem ad arcriorem cum eo familiaritatem contrahendam. Ac denique *Septimus* status est Coniugatorum, qui Charitate coniuncti filios nutriunt, qui Ecclesiam conseruent, quatenus illa est hominum congregatio. In quolibet aut horum statuum habet DEVS D. N. aliquos insignis sanctitatis, qui ipsorum statuum puritatem conseruent: id enim ad ipsius prouidentiam pertinet, quemadmodum suo loco dicemus.

SED quoniam omnes iusti etiam eminentissimi, partes sunt huius Ecclesie, ac proinde columnis indigeant à quibus sustententur, hæ columnæ erunt, septem præcipue, vitæ Christianæ virtutes: tres scilicet, quas Theologicas appellamus, *Fides, Spes & Charitas*; & quatuor Cardinales, *Prudentia, Fortitudo, Iustitia & Temperantia*, cum septem donis Spiritus sancti, quæ illas corroborent; cæterisque virtutibus, quæ ad eas reducuntur. Omnes autem significantur numero septenario, quo in diuina Scriptura significatur multitudo perfecta. Iure autem merito virtutes, censentur Ecclesie columnæ, cuius præcipuum fulcrum est sanctitas vitæ, quæ in sola illa cum excellentissima perfectione inuenitur. Cùm enim eius fundator sit Sanctus ac perfectus, ita opus manuum eius Sanctum esse debet ac perfectum: & *domum DEI*, ait, David, *deceat sanctitudo*: & populum suum electum, qui est domus eius spiritualis, in qua ipse habitat, sapè hortatur, *in sancti eritis, quoniam ego Sanctus sum*, & quemadmodum nulla maior sanctitas concipi potest, quàm sit ipsa diuina; ita nulla in terra potest esse maior ea, quæ profitetur S. Ecclesia: detestari scilicet omnia vitia, magna & parua, etiam cogitationes & verba otiosa; amplecti verò virtutes omnes, cum omnibus perfectionis operibus, quàm illa complectuntur à minimis vsque ad supremas. Fieri non potest, vt Fidem nostrâ certiozem vel ipsa mente cogitemus; nec Spem excellentiorem; nec Charitatem magis accensam, & ad plura se extendentem; nec Sapientiam altiozem & sublimiorem. *in Pax* Christiana *exuperat omnem sensum*, *o Iustitia sicut montes Dei*, Temperantia, est plus quàm humana; Castitas Angelica, Fortitudo diuina; Oratio omnipotens; Patientia Prodigiola. Neclunt huiusmodi columnæ rudes, aut impolite; sed elegantes, admirandisque circumstantijs, & gloriosis finibus sibi propositis elaboratæ: quàm elegantiam iusti augent & exornant varijs

Sacerdotes

Ecc. 50.1.
Religiosi.
Virgines.
& Apoc. 14.4

Coniugati.

3.
Septem præcipue Virtutes.1 Psal. 92. 5.
in Leuit. 11.
45. & c. 19.
2. c. 20. 7.
. Petr. 1. 6.
Matt. 5. 48.1 Ph. 3. 4. 7.
Psal. 35. 7.

p Psal 44.
14.

q Apoc 2.9
r Cap. 17.3.

I.
Septem Sa
cramenta.

mortificationis exercisijs: quæ licet præcipue sint interna, pulchritudinem tamen suam, fortitudinem, & sublimitatem admiranda externarum actionum varietate produnt. Ad eum modum, quo p gloria filie Regis, (quemadmodum dixit Dauid) *ab intus* prouenit: *in simbris* autem *auris*, externis scilicet actionibus, *circumamicta* est *varietatibus*. Et licet nullum aliud esset argumentum & ratio, ad probandum, Ecclesiam nostram esse domum Dei uiui: hæc sola sufficeret, tanta enim Sanctitas non potest nisi in eius domo, qui Sanctus Sanctorum est, unicuique totius sanctitatis fons inueniri. Quapropter extra domum hanc nusquam tales columnæ inueniuntur, nec adeo perfectæ virtutes, nec vera sanctitas: licet nonnullum eius vestigium, speciesque alibi esse videatur. Omnes enim reliquæ cõgregationes ac Sectæ, quæ in mundo sunt, q Synagoga sunt *Sathane*, domusque *Damonis*, Regis filiorum superbia fundata, & *resedentes*, vt supra diximus, *super bestiam coccineam*, habentem *capita septem*, septemque vitia, septem his columnis contraria. Et quamuis in ipsa Ecclesia aliqui culpa sua sunt improbi, in sola tamẽ illa iusti esse possunt; extra verò, omnes sunt peccatores: donec Sapientia diuina, speciali sua uocatione ex loco, in quo sunt, eos deducat, faciatque sancte huius domus sue habitatores. ad Dominum enim virtutum spectat, eas distribuere, eos uocando, qui amplecti illas velint, seque ad eas recipiendas disponere.

§. 11. *Sacramenta & Sacrificia.*

AD hæc virtutes producendas & augendas in omnibus statibus, instituit Sapientia diuina 7. Sacramenta, quæ appellare licet septem huius domus columnas: illis siquidem illa conseruatur, dilatur, & in omnibus statibus, partibusque suis perficitur. Prima columna est Sacramentum BAPTISMI, per quod regenerantur filij, & habitatores Ecclesie, recipientes spirituale esse Gratiæ, propriumque signum eorum, qui sunt partes Ecclesie. Secunda columna est CONFIRMATIONIS Sacramentum, quod iam regeneratos confirmat: & in spiritali esse, quod acceperant, corroborat, fortesque reddit ac firmos tanquam columnas, aduersus tyrannos & persecutores. Tertia columna est POENITENTIA, quæ reficit reparatque omnia eorum damna, resuscitans eos ad Gratiam, quam, peccato post Baptismum admissio, perdiderunt. Quarta est SS. EUCHARISTIA, in qua latet Dominus totius domus, & columnarum omnium firmamentum; vt in ea habitantes sustentet, conseruet, eorumque virtutes adaugeat. Quinta est EXTREMA VNCTIO, quæ nos fortificat, redditque constantes in ultimo mortis conflictu, vt in eo superiores euadamus. Sexta est ORDO SACER, qui domus huius ministros nutrit, vt proprijs eius muneribus fungantur in vtilitatem omnium habitantium. Vltima columna est MATRIMONIUM Sacramentum, quod gratiam confert coniugatis, ad filios dignè educandos, qui ipsam Ecclesiam condant.

Quæ

Quæ septē columnæ, licet externæ sint & spectabiles, eleganterq; multis sanctissimis, mysticisq; caeremonijs elaborata: multò tamē magis pretiosum est, quod intus continent, & in animabus tanquā Dei instrumenta efficiunt, ad eas iustificandas, & omni virtutū genere sanctificandas. Quā ob causam ea ostendit Angelus Zachariæ Propheta in figura a septem, valorū, siue inferiorum aureorū plenorū oleo, quo fouebantur septem lucerna, collocata supra candelabrum totum aureum, quod (teste S. Hieronymo) Ecclesiā refert Catholicam; cuius septem lampades siue lucernæ sunt Iusti septem statuum, quos supra indicauimus: qui verā doctrinā, sanctaq; vitā lucent, & ardent in virtute olei cœlestis, gratiæ diuinæ, quam septem Sacramenta illis communicant. Vocantur autem vasa aurea ob ingens eorū pretium, atq; perpetuitatem: suntque hæc vasa aded propria huius domūs, vt extra eam talia inueniri non possint: Circumcisio enim, & antiquæ legis Sacramenta valorē suum, adueniente Messia, legēq; noua promulgata, amiserunt. Quare quicumque sunt extra hanc Ecclesiā, nisi ad eam accedant, vt suorum malorum remedium accipiant, non possunt ab eis liberari: parumque profuerit illis, quod in mundo sint nati, nisi per Baptismum, in Sancta Ecclesia regenerentur; conferentque vsque ad mortē, spirituale gratiæ esse. Quod totum præstat diuina vocatio, inuitans omnes, vt accedant ad hæc sancta Sacramenta, intrantes in Sanctam hanc domum per vnicam eius portam, Baptismum scilicet, quemadmodum suo loco videbimus.

ERECTIS omnibus cœlestis huius domūs columnis, constituit diuina incarnata Sapientia, duo solēnia Sacrificia in ea offerri, loco multorum, quæ lex antiqua habebat: alterum cruentum, incruentum alterum: vtrumq; verò infiniti valoris ac pretij. Primum obtulit ipse in ara crucis, tradens corpus suum in mortem; sanguinemque suum effundens pro redemptione mundi: fuitque hoc sacrificium virtutis infinitæ, ad placandam æterni Patris irā; ad satisfaciendum pro peccatis hominum; & comparandas omnes gratias, dona & virtutes, ad pulchritudinem, & sanctificationē Ecclesiæ suæ necessarias: iuxta illud Apostoli, dicētis: *b Christus seipsum tradidit pro Ecclesia, vt illum sanctificaret, & exhiberet sibi gloriosam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi.* Ad quod clariùs comprobandum absoluto ipso Sacrificio, fuit eius latus lancea apertum: vt Ecclesia secundi Adami Sponsa, dum ipse somnum mortis dormiret, ex eius latere formaretur: quemadmodum primi Adami Sponsa edificata est ex costa ipsius, mysticum alium somnum dormientis: ex illo autem vulnere e exiit sanguis & aqua, fontesque prodierunt omnium Sacramentorum, quibus ipsamet Ecclesia pulchritudinem suam conlequeretur, & conseruaret.

ALTERVM Sacrificium incruentum obtulit in canaculo pridie passio-

Ex Concil.
Trid. Sess. 7.
Can. 6.
Zach. 4. 2.

Ibid. ac D.
Cyrill. &
S. August.
hom. 8. in
Apocal.
Proxi. Pa-
ragra.

2.

implauit
victimas.
Duplex
Christi D.
N. Sacrifi-
cium.

b Ep. h. 5.
25.

c Ioan. 19.

34.

d Gen. 22.

c Ioan. 19.

34.

nis sua, in quo obtuit proprium corpus & sanguinem sub speciebus & accidentibus panis & vini, ut cruenti Sacrificij fructum singulis applicaret. Hoc ipsum autem offert ipsemet Saluator quotidie per manus Sacerdotum; statuens, illud ipsum esse praestantissimum cibum omnium, qui in eius mensa apponuntur, ad omnium, in hac eius domo habitantium nutrimentum. Extra quam domum nec offerri hoc sacrificium potest, nec agnus hic comeditur, ad quod significandum, de Agno Paschali dictum est: *in vna domo comedetur, nec essetis de carnibus eius foras*. Ac proinde quicumque extra domum hanc manent, non possunt esse participes fructuum, horum sacrificiorum. Nec passio ipsius Saluatoris, quae alioqui copiosissima est, & ad mala omnium hominum reparanda sufficiens, applicabitur efficaciter, vel vni soli, nisi adducatur, & Ecclesiae ipsi coniungatur. Quemadmodum enim dixit S. Iohannes: *Christus non tantum pro genite Iudaica mortuus est; sed ut filios Dei, qui erant dispersi per totum orbem; congregaret IN VNVM*: in vniam scilicet domum suam, & vnitionem vnus Ecclesiae, ut sint omnes vnus *homo* sicut ipse vnus est pastor: qui beneuola dulciue diuinae suae vocationis voce oues vocat, ad hoc ouile spectantes; & eos qui hanc domum sunt ingressuri inuitat: ut his sacrificijs assistant, eorumque carnibus & oblationibus vescantur, sicut dictum est.

PRÆTER duo hæc adeo excellentia sacrificia, offert diuina sapientia, alia spiritualia intra hanc domum: alterum cruentum, incruentum alterum. Cruentum offert in Martyribus; qui ut fidem conferuent, & fidelitatem, quam Deo debent, offerunt corpora sua ad omne genus cruciatuum; gaudentes, quod sanguinem suum effundant; vitamque ipsam, ad imitationem IESU Christi Ducis sui, qui pro illis & sanguinem & vitam suam exposuit amittant. Incruentum verò sacrificium offert in reliquis iustis, qui exhibent corpora sua *hostiam viuam, sanctam, Deo placentem*; abscondentes & mortificantes quicquid sentiunt in se carnis & sanguinis. In quo genere miræ lucet varietas. Alij enim offerunt sacrificium cordis contriti, ob sua peccata; alij sacrificium pacificum laudis, ob accepta beneficia; alij sacrificium incensi & orationum, ad impetranda noua dona; alij denique *holocaustum* offerunt cordium suorum, diuini amoris igne accensorum; ut sese totos diuino Dei obsequio, ob diuinam eius excellentiam & bonitatem infinitam mancipent. Quæ omnia sacrificia non possunt etiam offerri Deo extra hanc domum: extra quam nec veri Martyres, nec spirituales Sacerdotes; aut sacrificia Deo grata esse possunt. Non est vera contritio, non laus perfecta, nec efficax Oratio, aut purus Dei amor. Quod si aliquid horum sitid erit, si ad sit animus Ecclesiam ad eundem ad inhabitandum: ubi se offerant in omni veritate, integritate, ac perfectione, vocantur

diuina

f Exod. 12.
46.g Ioan. 11.
52.h Ioan. 50.
16.3.
Duo spiri-
tualia Sa-
crificia.

Rom. 12.

diuina Sapiencia eos, qui talia sacrificia sunt reuera oblaturi; eosque praeueniente, & adiuuante in ipsa executione: ipsa enim Sapiencia praecipue sacrificia haec offert, quatenus speciali ipsius gratia adiuti, eius electi ea offerunt.

§. 3. *Diuina Scriptura & spiritales cibi.*

IN medio huius domus posuit Sapiencia diuina mensam valde oppiparam, & abundantem pane, vino, aliisque cibis, ac ferculis delicatissimis ac pretiosissimis: sacra videlicet Scriptura, continente libros tam Veteris, quam Noui Testamenti: in quibus pretiosissima sunt sancta Euangelia. In hac mensa magna est copia veritatum pro omni hominum genere: quemadmodum dixit S. Dionysius. aliae enim aptae sunt, pro robustioribus, tanquam cibus solidus, qui per *panem* significatur; aliae pro debilioribus, tanquam liquidus suauisque cibus, qui per *vinum* intelligitur: vt omnes cognitionem habeant veritatum suae capacitati accommodatarum, quibus alantur, a *Confermentur, & cor suum latifacient*. Praecipue tamen distinguere licet triplex genus panis siue ciborum. Primus panis est *DOCTRINAE*, cui credere debent, quae mysteria complectitur diuinitatis & humanitatis Christi Seruatoris nostri: & opera, quae ab eis ad nostram reparationem proueniunt. Haec doctrina excellentissima est in veritate, certitudine, puritate, & utilitate: nec admittit rem vllam falsam, incertam, prauam, aut malam vel inuilem. Docet sentitque de Deo altissime, & vltra quam vel concipi possit: attribuens illi perfectionem infinitam in sua natura, duratione, sapientia, charitate, iustitia & fortitudine; in omnipotentia, & prouidentia; in rebus & operibus, quae mundo videntur maxime ab scopo aberrare, docet elucere admirandam rectitudinem ac proportionem, dignam sapientia & potentia ipsius DEI. quae omnia insignem & stupendam habent efficacitatem ad intellectum nostrum illustrandum & vincendum; ad voluntatem alliciendam & permouendam, spiritumque illo cibo alendum & nutriendum, de quo Sapiens dicit: *b cibabit illum pane vite & intellectus, & aqua sapientia salutaris potabit illum*. Quamuis autem *aquam* exprimat, eo quod cupiditatum ardores refrigeret ac mortificet: eadem tamen est *vinum*, eo quod diuinorum affectuum ardorem accendat.

ALTER cibus est lex diuina & Euangelica, quam huius domus habitatores seruare debeant cum omnibus praecipis & consilijs eius: cuius obseruantia est ille cibus, de quo ipse Saluator dixit: *c meus cibus est vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius*. Haec lex maximam docet perfectionem, quae in hac vita possit obtineri: ita vt nihil omnino mali, aut imperfecti admittat, quod ab heroica, quam diximus, sanctitate degeneret.

Miscuit vinum & posuit mensam suam.

Epist. 9. ad Tit.

a Ps. 103. 15. Triplex panis in Ecclesia

1. Doctrina.

b Eccl. 15. 3.

2. Leges. c Ioan. 4. 34

3.
Sacramen-
torum.
d Psa. 79. 6
e Psa. 56. 5.
f Ioan. 6. 35
g 51.
g Zac. 9. 17.

h Gen. 6. 21.

i Psa. 101. 5.

k Prou. 9. 5.
l c. 20. 17.
m c. 4. 17.

n Job. 20. 14.

o Ps. 103. 10.
p 3 Reg. 19.
q 3.

4.
r Luc. 14. 16
s Matt. 22. 1.
t Luc. 15. 25.

PROPONUNTUR præterea in hac eadem mensa fercula sanctorum Sacramentorum que animas nutriunt, nominatim vero & frequentius duo. *Pœnitentia* sc. de qua David: *d cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis*; & alibi: *e potasti nos vino cœpunctionis*; & Sanctissimum *Altaris Sacramentum*, quod est *panis vite*, & panis Angelorum; & simul est *g vinum germinans virgines*. Omnes hi cibi non inueniuntur nisi in sancta hac Ecclesie domo. Ac proinde extra eam nec obtineri potest, nec conseruari vita gratia. siquidem nullus mortalium sine aliquo cibi genere potest vitam suam conseruare. Nam quemadmodum Noë postquam arcam fabricauit sibi, uxori, ac filijs, & pluribusque alijs animantibus, quos Scriptura mundos appellat, *h tulit ex omnibus escis, que mandari poterant, ut essent sibi & animantibus in cibum*. omnium sustentationi accommodatum, toto tempore diluuij; quo perierunt vniuersi, quotquot extra arcam remanserant: ita cum Christus D. N. suam Ecclesiam, per arcam illam significatam, & edificauit: collocauit in ea alimenta sufficientia pro omnibus filijs & habitatoribus eius, singulorum necessitati & capacitati accommodata: quibus suauissimè frui possunt vsque ad satietatem; securè nauigando in cœlum absque damno, ex diluuiio peccatorum & errorum proueniente; (à quo demerguntur vniuersim omnes quotquot extra illam fuerint) modo *i non obliuiscantur comedere panem suum*. donec ad optatum gloriæ portum perueniant. Ac propterea diuina Sapientia vniuersim vocat omnes insipientes & peccatores terræ, dicens: *k Venite comedite panem meum*, quali diceret: nolite comedere, *l panem mendacii*, quo vescuntur infideles: *nā postea implebitur os vestrum calculo*; quo dentes confringentur: nec comedatis panem *impietatis*, nec vinum *iniquitatis* bibatis, quæ bibunt & comedunt peccatores. Nam huiusmodi *n panis in utero vestro vertetur in fel aspidum*, quod amaret, ac veneno inficiat conscientias vestras: sed comedite panem meum, quem ipsamet pinsui pro filijs meis; & bibite vinum meum, quod ego ipsa ad eorum delicias præparauit. Id autem facietis, credentes ac ruminantes doctrinam meam, obseruantes legem, recipientes Sacramenta, meaque consilia amplectentes. Hic enim *o panis & vinum confirmabit, & latificabit corda vestra*; & *p in fortitudine huius cibi peruenietis vsque in montem Dei Horeb*, felicitatē scilicet æternā.

Hæc suavis est iucundaque Sapientiæ diuinæ vocatio, quæ gnara famis, qua homines in hoc mundo premuntur, (vt proximo capite est dictum) vocationes suas dirigit, & accommodat in parabolis *q cœna magna* conuiuio nuptiali, in quibus *r tauri, altilia, & vituli saginati* proponuntur, cum *Symphonia & Choro*. alijsque lætitiæ signis: vt sic vocatos alliciat in domum suam, in qua satient famem cœlestium ciborum, quos illæ parabole significant. Ac propterea iure optimo Ecclesia Catholica significatur

per Bethlehem Iudæ, quò vocatio diuina deduxit ipsam RVTH ex regione Moab eductam. *Bethlehem* enim significat domum panis; *Iuda* verò idem est, quod confessio siue laus. Est quæ & *Bethlehem* insignis illa ciuitas, in qua IESVS CHRISTVS Saluator noster est natus; verè & *Panis viuus*, qui descendit de celo, vt daret vitam mundo. Nam statim atque fuit natus, cum magno mysterio fuit positus in animalium præsepio: vt ex hoc intelligeremus, eum non solum venire, vt esset cibus Iustorum; qui vitam suam iuxta rationis præscriptum instituunt; sed etiam peccatorum; qui eam ducunt more pecudum: omnes enim vocat inuitatque, vt accedant ad hanc domum panis: vbi panibus eius doctrinæ, Sacramentis, & exemplis alantur; credantque corde, & ore conficiantur mysteria, quæ in ea sunt exhibitæ: eorum auctorem continenter laudando, tam propter magnalia, quæ in se habet, quam propter beneficia ab eo accepta: in quorum mysteriorum testimonium lux cælestis, diuinæque vocatio deduxit in Bethlehem, ad locum vbi ipse erat positus in præsepio, pastores, tanquam primitias populi Hebræi; & Magos, tanquam primitias Gentilis populi: & tanquam arthas & pignora, quod vterque populus esset coniugendus in hac cælesti Bethlehem Iudæ, Ecclesia scilicet sancta ad eosdem panes comedendos; easdem veritates eodem omnino laudum diuinarum modo confitendas. sic implendo quod Patriarcha Iacob prædixit de hoc ipso Domino, cum filio suo Iudæ dixit: *x Iuda, te laudabunt fratres tui, adorabunt te filii patris tui.* Qui sunt IESVS CHRISTI fratres, nisi homines, pro quibus ipse humana natura assumpta, factus est homo? & qui sunt filij patris eius, nisi Angeli, quos scriptura per excellentiam appellat *filios Dei*? vtrique autem conuenerunt in Bethlehem Iudæ, vt recens natum Saluatorem laudarent: vbi Angeli lætissimum illum hymnum cecinerunt: *z Gloria in Altissimis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Et hodieque conueniunt in Ecclesia, ad glorificandum DEVM: Angeli enim homines vocant & inuitant, vt ad eam accedant: *gaudium enim est illis super vno peccatore penitentiam agente,* & venientes exhortantur, vt laudent Dominum, qui illos vocauit. O Saluator dulcissime, quàm esset rationi consentaneum, vt omnes fratres tui homines te in domo tua confiterentur & laudarent propter bona, quæ in ea illis reposuisti; & adhuc multò magis, quod te ipsum habent, in quo omnia illa continentur. Tu præcipua es illorum columna, tu sacrificium, tu mensa, tu panis & vinum; tu denique Ecclesiæ tuæ alimentum, & Augmentum. Resonent itaque, Domine, in illa tota laudes tuæ, ob ingentes, quibus versus eos vsus es misericordias.

Matth 27
Luc. 2. 4.
u Ioan. 2. 51.

x Gen. 49. 8

y Tob. 3. 7.

z Luc. 2. 14.

a c. 15. 10.

§. 4. Vera Ecclesie signa.

Prou. 25.
5.

Decem Ec-
cleſie ſigna
1.
Vna.

h Cant. 6.8.

2.
Vera,

3.
Pura.

EX prædictis licebit ſigna aliqua colligere ad veram Eccleſiam, Dei-
que viui domum agnoſcendam. Omni enim dubio procul maximam
conſolationem affert, quod ſimus certi ac ſecuri, vitam nos ducere in ea cō-
gregatione, in qua vitam æternam conſequi poſſimus, iuxta illud Sapien-
tis: *Secura mens, quaſi iuge conuini ū.* Hoc conuiuium exhibet nobis ipſa ma-
gnitudo & pulchritudo domus Dei. quemadmodum enim, conſpecta ma-
gna quapiam aula ſiue palatio, conijcimus, eam eſſe magni alicuius Princi-
pis, qui in ſuam habitationem expenſis proprijs eam conſtruxerit. Ita Ec-
cleſiæ magnitudo magnas certasque coniecturas nobis offert, quod ſit Do-
mus à Dei Sapientia ad eam inhabitandam ædificata. Ex quo decem hæc ſi-
gna licet colligere.

PRIMA coniectura ſiue ratio eſt, quod vera Dei domus non poſſit eſſe
in mundo niſi VNA: quemadmodum etiam eſt vna in cælo. Propterea e-
nim non dixit Salomon Sapientiam ædificaffe ſibi domos, *Ded DOMVM.*
quia non eſt niſi vna Eccleſia, vna Fides, vnum Baptiſma, vnus verus cultus
Dei, creatoris & patris omnium: à quo nō poſſunt procedere niſi veritates,
& virtutes quæ ſemper cōiunctæ ſint, nec inuicē ſibi aduerſetur; quæ admo-
dum errores & vitia. vbi autem eſt vnio, & coniuñctio, etiam ſi multa ſint
membra, vnum ſolum corpus conſtituunt. Propterea in Canticis, poſtquā
præmiſiſſet, in domo Regis Salomonis *b Sexaginta eſſe reginas, & octoginta
concupiſcenas, & adoleſcentularum non eſſe numerum.* de omnibus ſimul ſubiicit:
Vna eſt colūba mea, perfecta mea; idque propterea quod omnes ſint vna cha-
ritate coniuñctæ: & ideo additur: *vnam eſſe matris ſuæ, electam genitrici ſuæ
cœleſti ſcilicet Ieruſalem: vbi vnio & coniuñctio illa erit æterna.*

SECUNDVM ſignū veræ Eccleſiæ eſt VERITAS & certitudo infallibi-
lis totius doctrinæ ſuæ, ſui omnino ſimilis in rebus omnibus in diuina Scri-
ptura Teſtamenti antiqui & noui reuelatis, adimpletis in Nouo Veteris
Prophetijs. Quæ eadem concordia eſt in quatuor Euangelijs & in reliquis
ſacris libris. Ac propterea tota hæc doctrina dicitur eſſe ſimilis *pani & vi-
no,* quæ ex multis granis frumenti, aut viuis inter ſe coniuñctis conficiun-
tur: ad ſignificandam coniuñctionem & connexionem quam habent eius
veritates: ita vt nulla falſitas, nulla contrarietas, aut vitium poſſit in eis in-
ueniri.

TERTIVM ſignum eſt PURITAS & ſublimitas diuinæ legis in omni-
bus ſuis præceptis & conſilijs, ſummè conſentiētib; cum ipſa ratione:
nulla readmiſſa, quæ ab ipſa ratione degeneret. quibus præceptis & conſi-
lijs perfectiſſimam intendit amoris vnionem cum ipſo creatore, & omni-

bus

bus proximis: Quam ob causam etiam pani & vino est similis: ad significandum coniunctionem cordium; eorum, qui eius præceptis obediunt, consiliaque amplectuntur.

Et hinc deducitur **QUARTVM** signum, **PRÆSTANTIA** scilicet virtutum, quas Ecclesia proficitur cum omni perfectione, quam antiqui Philosophi docuerunt, nec tamen fuerunt assecuti; & cum multò adhuc maiori, quam illi non solum assecuti non sunt, sed neque intellexerunt: qualis est cordis humilitas, paupertas spiritus, dilectio inimicorum & similes alia.

QUINTVM signum est præstantissima proportio & **CONVENIENTIA**, quam habent eius Sacramenta ad finem sanctitatis & perfectionis, quam illa proficitur: sola enim **DEI** sapientia adeò stupendam directionem, eiusque exequendæ facilitatem adinuenire potuit.

Huc accedit **SEXTVM** signum **SACRIFICIORVM** quæ offert: nam prætermissio cruento sacrificio Christi crucifixi, qui *c Dei virtus est, Deique sapientia* fidelibus, assequentibus admirandam pretiosæ huius oblationis convenientiam & vtilitatem: quodnam sacrificium purius, mundius, gloriosius, grauiusque esse potest ipsa sacra Missa? in qua sacerdotes secundum ordinem Melchisedech offerunt **DEO** viuo, non interfectorum animalium carnes; sed panem & vinum; non terrena sed cælestia; in quibus substantia continetur carnis & sanguinis ipsius Agni Dei, qui tollit peccata mundi.

SEPTIMVM signum est præstantia & **SANCTITAS** spiritualium sacrificiorum, quæ obtulit Ecclesia, hodieque offert per Martyres & SS. Confessores, qui sanguine suo, vitæque exemplo ac mortificationibus heroicis aperte, certissimeque testantur, domum Dei esse illam, in qua ipsi viuunt; veramque esse Religionem, quam in ea profitentur. Nam absque ipso met **DEO**, non potuissent ipsi viribus suis tales facere oblationes.

OCTAVVM signum est **SANCTITAS**, & varietas **STATVVM** & graduum, quos ipsa Ecclesia habet, ad seruiendum & glorificandum ipsum Deum, cū stupenda in eis successione, tali que concordia: in quibus omnibus non desunt, qui impleant eorum perfectionem, etiam si aliqui illorum valde sint heroici, qualis est virginitatis, vitæque religiose status.

NONVM signum est, huius domus generalitas & **VNIVERSITAS**. Nã, cū sit vna tantum, adeò tamen est capax, vt omnes homines admittat, ad se venire volentes, absque vllò nationum discrimine: potius desideret, vt quemadmodum omnes vnã eandemque naturam participant, ita sint vnus eiusdemque gratiæ participes: & vt omnes sint vnum ouile, quemadmodum est vnus pastor.

VTIMVM signum est **PERPETVITAS** & constantia, quam habuit, habet, & vsque ad mundi finem est habitura: ex ijs enim, quæ hæcenus gesta sunt,

4.
Præstans.5.
Efficax.6.
Sacrificio
vnata In-
cruento.
c. 1. Cor. 1.
24.7.
Spiri-
tuali.8.
sancta.9.
Catholica.10.
perpetua.

certissimò conijetur, quod est futurum: siquidem nullæ persecutiones Imperatorum Tyrannorum, aut Hæreticorum efficere hactenus poterunt, vtaliquod ex prædictis signis Ecclesia ipsi defuerit. Nam semper in Ecclesia Romana successerunt sibi hactenus Vicarij Christi & Episcopi alij alijs, cum eadem Sacramentorum & sacrificiorum continuatione, quam ipsi nunc cernimus

d. 3. Reg. 14
Si itaque viua fidei oculis hæc omnia consideremus, obstupescemus procul dubiò plus quàm d *Regina Saba, quæ videns domum Salomonis & cibos mensæ eius, & habitacula seruatorum, & orâmes ministrantiũ: & quæ holocausta offerrebat in domo Domini, non habebat ultra spiritum. Quare iure potiori licebit vero Salomoni Christo D. N. dicere: Beati viri tui, & beati seruitui, qui stant coram te semper, bonisque hisce fruuntur, quæ diuina tua sapientia illis constituit: beati & illi, qui vocati sunt ad habitandum tecum in tua sancta domo, tibi que in eanocte die que seruiendum.*

CAPVT VIII.

ECCLESIA VIRTUTE DIVINAE VOCATIONIS filios suos generat, quos eadem vocatio facit mysteria fidei firmiter credere, sectas verò contrarias omnino rejicere.

*a Cant. 1. 10
& c. 4. 8. c.
6. 8.*
INTER excellentias Ecclesie Catholice proximo capite insinuatæ plurimum eminet eius fecunditas, qua se in virtute Domini, qui eam fundauit, per orbem totum extendit, atque dilatat: voluit enim ipse eam Matrem esse ac genitricem filiorum, qui DEVM habent Patrem. nec dissentit hæc similitudo à priore, qua eadem Ecclesia appellata est domus DEI: mater enim, est viuadomus filiorum, quos in suis visceribus concipit. Quamobrem in libro Canticorum sapissimè appellat eam Deus a *Sponsam & columbam suam*: sponsam propterea quòd eam sibi Charitatis vnitione coniungat, & per eam filios generet spirituales in esse gratiæ. Nam, vbi DEVS est sponsus, debet desponsatio esse pura, sed non sterilis & infœcunda: Et propterea eam appellat *columbam*, quæ cum naturali sua puritate & pulchritudine maximam coniungit fecunditatem omnium auium domesticarum. Nam singulis ferè mensibus nouos producit pullos: Vt hinc intelligamus, Ecclesiam coniungere similiter cum summa innocentia vitæque sanctitate magnam fecunditatem, plurimos spirituales filios generans, per feruentis suos Concionatores qui sunt *b paradisi arbores, afferentes fructum duodecim, per menses scilicet singulos reddentes fructum suum.* qui filij

b Apoc. 22. 2

b Apoc. 12.
5.Lib. de In
carnat. c. 20

c Ioan. 1. 13.

d Ioan. 6.
44. 66.

c Iaco. 1. 17

In Apoc. 12
videtur Rebe-
ram.

filij et numero non sunt peccatoribus pares, pretiosiores tamen sunt mul-
 to; & vnus sit pluri; quam decem millia: eod quod simul sunt filij DEI, cuius
 virtute eos concipit ac parit, non tam sibi, quam ipsimet DEO, qui in suos il-
 los accipit. Quemadmodum videre licet in ijs, quæ S. Ioannes de mystica il-
 la muliere refert: quod esset *hamilla sole*, eratque figura Ecclesiæ; & gesta-
 bat in utero filium masculinum, qui statim atque natus est, *raptus est ad DEVM, &*
ad thronum eius. Quis autem hic filius masculinus est, nisi fidelium congrega-
 tio: eod quod sint per fidei & Charitatis vnitionem cum sua matre Ecclesia
 coniuncti: sunt tamen plus DEI, quam ipsius, filij: siquidem illa, nec concipi-
 pere quidem illos potuisset, nisi virtute diuinæ inspirationis. Decebat (ait
 S. Fulgentius) filiorum adoptiuorum conceptionem similem esse concepti-
 oni vnigeniti filij Iesu Christi, qui non viri opera, sed virtute Spiritus S. in
 sanctissimæ suæ Matris visceribus fuit conceptus. In hunc ergo modum ho-
 mines (quemadmodum dixit S. Ioannes) non possunt concipi, *ex fieri; Filii*
Dei, nec in matris suæ Ecclesiæ viscera intrare *ex voluntate*, aut opera viri;
neque ex voluntate carnis aut sanguinis, nec solius naturæ viribus, sed inspira-
 tione Spiritus sancti. *Nemo* (inquit ipse Christus) *potest venire ad me*, hoc est
 ad meum obsequium, ad meam Ecclesiam, & participationem diuini esse,
 quod ego illi communicabo, *nisi pater qui misit me, traxerit illum; & nisi fuerit*
ei datum à Patre meo, à quo, utpote e *Patre luminum omne datum optimum, &*
omne donum perfectum descendit, ad filios tenebrarum in lucis filios conuer-
 tendos, & immittendos in viscera *mulieris amilla sole*, qui fons est luminis,
 mittitque cælestium suarum illustrationum radios in existentes in tenebris
 infidelitatis extra Ecclesiam, ut in eam inducantur. Postquam verò ingressi
 sunt illuminat eos clarioribus magisque accensis radijs, gradatim progredi-
 endo, donec eos omnino perficiat. Non enim existimandum est, sanctam
 hanc matrem nouem tantum menses, aut certum annorum numerum fi-
 lios suos in utero & visceribus suis gestare. Nam tota potius vita secum eos
 gestat; nisi se ipsi propriant, & exeant. Quamdiu autem intra illam ma-
 nent, viuunt, crescunt, alunturque cælestis eius mensa cibus: ibi pugnant;
 ibi vincunt, eduntque opera tali matre digna: donec in die mortis (ut

S. Ambrosius ait) eos parit, mittitque ad cælum, oc-
 currente illis cælesti Patre, ut excipiat
 ac in gloria suæ throno col-
 locet.

§. 1. *Ingressus per fidem in Ecclesiam.*

VIDEAMVS nunc qua ratione ingressus primus, & spiritalis ipsa conceptio in sanctæ huius matris visceribus fiat. pramittimus autem Infantes ingredi: & incipere esse veros filios Ecclesiæ per solum Baptismum, vt suo loco videbimus: qui tamen rationis iam vsum habent, necesse est, Confessionem addant Catholicæ FIDÆI. quæ, quamuis sine charitate non sufficiat illos iustificare, efficit tamen veros Chianos; siquidem illa (vt ait Apostolus) est *aspirandum substantiarum*, siue fundamentum, primaque sementis ac principium iustificationis: ideoque ad gratiam, charitatem, cæterasque cœlestes virtutes consequendas, necessaria: vt qua ex natura sua ad coniunctionem cum illis omnibus propendat. Ac propterea Sanctus Chrysostomus matrem eam appellat omnium bonorum, salutisque animarum nostrarum medicamentum: & Sanctus Prosper, bonæ voluntatis, sanctarumque operationum genitricem: Sanctus verò Cyrillus addit, quod sit animæ oculus, cuius munus est illuminare, ac deducere conscientiam, & illustrare intelligentiam. Et ipsæ Scripturæ sacra clamant, quod *b. Iustus ex fide viuat*. ex ea enim prouenit illis prima vita, & omnia viuæ opera, quæ faciunt, fidei innituntur. Si sperent, si orent, ieiunent, aut elemosynam faciant; si confiteantur; aut communi-cent, aut iniurias condonent: omnia hæc innituntur FIDÆI: quæ horum operum bonitatem manifestat; eaq; aut præcipit, aut consilium ad placendū Deo, animasq; suas saluandas. Nihil. n. est aliud FIDÆI, nisi supernaturale quoddam lumen, quod fidelium mentibus DEVS infundit; vt per illud mysteria omnia & veritates, quas Ecclesiæ suæ reuelauit, firmissimè credant; eò quod ipsemet ea reuelauerit, qui prima est & suprema veritas; adeoque bonus & sapiens, vt nec decipere, nec decipi possit.

Est autem ex se fides, opus adeò heroicum ac difficile, vt S. Bernardus inter diuinæ omnipotentia miracula numeret, quod fidem diuinam cum humano intellectu coniunxerit. Cum enim ille consueuerit à lumine suo naturali duci, & à suis ratiocinationibus, quas conficit ex ijs, quæ sensibus percipit, DEVS illum eleuat, vt certissimè credat plurima, quæ suis ratiocinationibus assequi non potest. Quædam quidem ob tantam eorum sublimitatem, vt humani intellectus lumen effugiant: qualia sunt multa mysteria diuinitatis ac Trinitatis DEI: Quædam verò, eò quod humano iudicio adeò abiecta sint, vt ab eius granditate & præstantia longè distare videantur: qualia sunt multa mysteria humanitatis nostri seruatoris: vnde satis apparet *c. fidem*, vt ait Apostolus, esse *donum Dei*, cuius vocatio specialis necessaria est, ad hæc omnia credenda: illustrando scilicet intellectum humanum radio aliquo cœlestis lucis, quo se illis subijciat ac dedat. quemad-

modum

*a Hebr. 11.1.**Homil. 31. in
Iuan.**Lib. 1. de
Vocat. gent.
c. 8. Catech. 5.
b Hebr. 2. 4.
b Rom. 1. 17.
b ad Gal. 3.
12.**Serm. 7. in
Vigil. Nat.**Ephes. 2. 8.*

modum ait S. Lucas: d *Deum aperuisse cor mulieris nomine Lydia, et intenderet his, quae dicebantur à Paulo.* si enim diuina inspiratio cor non aperiat, semper illud erit occlusum ad verba Dei recipienda, eiusque veritatibus assentiendum. Non est tamen solus Deus, qui cor ipsum aperit, sed etiam homo ipse cum Dei auxilio, libere consentiens iis, quae inspirat Deus; & sese inclinans ad credendum, quod Ecclesia per suos ministros illi proponit.

NEQUE in his aded caliginose procedit, ut non habeat magnas fortesque rationes & causas ad ea credenda ex duplici capite. primum: quia evidentibus rationibus probat mysteria fidei prudenter posse ac merito debere credi: quemadmodum insinuauit Dauid, dicens: *e Testimonia Dei credibilia facta sunt nimis.* quasi diceret, plurimae sunt rationes, quae ostendant, illa esse credibilia. Deinde, quia etiam probat, reliquas omnes sectas nostrae fidei contrarias, euidenter esse incredibiles, eo quod multa falsa contineant, aut praua, contra ipsam rationem naturalem, aut contra Scripturas sacras, si illas admittunt. Nam eo ipso, quod illas admittant ratio ipsa naturalis satis ostendit, non debere aliquid contra illas doceri. Accedit, quod Spiritus S. lumine ipso fidei, suisque inspirationibus piam quandam ad mysteria diuina impartiat affectionem, quae illa reddat valde amabilia; ac proinde valde credibilia. Quare, de quocunque Christiano credente sicut debet, dicere liceret, quod Christus D. N. dixit S. Petro: *f Beatus es Simon Bar-Iona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est: apte scilicet nomen Bar-Iona tibi competit, quod (teste S. Hieronymo) columbae aut gratiae filium significat: Spiritus enim sanctus non propter tua merita, sed gratis illustrem hanc fidei confessionem tibi est impartitus: ut eius & columbae, hoc est Ecclesiae ipsius sis filius, Quod si pergas esse Simon, quod interpretatur obediens, acceptans & re ipsa exequens quod haec te fides docet: inferni potestas non valebit te ab hac firma petra, Petri scilicet confessione, in qua domus mea est fundata, deicere.*

§. 11. *Quatuor Sectae fidei Catholicae contrariae.*

UT autem clarius appareat, qua ratione vocatio diuina sensim introducat fidem Catholicam; efficaces afferens rationes, quibus inferni potestates impugnet, praemittendum est, fidem Catholicam habere nunc in mundo quatuor sectas sibi inimicas. *Prima* est secta Gentilium, quae verum Deum negans, falsos admittit Deos. *Secunda* Iudaeorum negantium Christum D. N. verum esse Messiam in antiqua lege promissum. *Tertia* haereticorum consentientium quidem Christum verum; negantium vero aliquas veritates, quas ipse reuelauit. His accedit *Quarta* Saracenorum siue Maurorum, quae continet pessimam omnium mixturam collocans omnem suam fiduciam in falso quodam Propheta, non minus rectae rationis inimi-

d. Act. 16. 14

S. Tho. 2. 2.
q. 6. a. 6.S. Tho. 2. 2.
q. 1. a. 4. ad
2.
c. Psal. 92. 5.f. Mat. 5. 6. 17
ibid.S. Tho. 2. 2.
q. 10. a. 5. c.
6.

1.

a Daniel.
7.6.

b Ierem.
13.23.

2.
c Dan. 7. 3.

d Isai. 57.
20.

e Epist. Ca.
noni. 12.
f Ep he. 4.
14.

3

co, quam cupiditatis ac sensualitatis suae amico. Quamobrem falsam religionem, quae alias nomine generali appellatur infidelitas, licet conferre a Bestia cuiusdam, quasi pardo, quam vidit Daniel ascendente de mari, habentem alas quatuor quasi avis, & quatuor capita: cui data est magna potestas in terra: Hoc enim inferni monstrum non nisi bestiae nomine dignum est, siquidem non ratione ducitur, sed bestias in suis moribus imitatur, praecipue vero pardum ob crudelissima eius in filios verae Ecclesiae viscera: qui non cessat eos persequi, ut quatuor sua capita cõseruet, quae sũt quatuor praedictae sectae: quibus quatuor alas avis coniungit, falsas scilicet apprehensiones & cogitationes errantes, quibus oēs illae innituntur. Ex quo fit, ut per totum corpus innumeras habeat peccatorum maculas, sicut ipse pardus, aded̄ profunde infixas, ut dixerit Ieremias: *b si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum.* Et quemadmodum inter Æthiopes nõ censetur nigredo turpis esse aut foeda, nec inter pardos pellis maculata: ita hi miseri non existimant peccata quaecunque falsa illorum religio permittit: nam tanquam caeci & a proprio iudicio decepti, eam iudicant esse veram.

Quid autem significat, quod hæc bestia ascendat de mari: nisi quod execrabiles huiusmodi Sectae originẽ suã ducant ab hominibus superbis, carnalibus, cupidis, ac furiosis: de quibus Isaias: *d impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest: sed procellis ac tempestatibus perpetuo agitatur, cuius proprietates his pulchris similitudinib⁹ S. Iudas Thadæus depingit: hi sunt, inquit, nubes sine aqua, quae à ventis in varias partes circumferuntur: quia arrogant sibi sanctitatẽ & scientiã, cum vera sapientia careant, qui fluctuantes, omni vento doctrina circumferuntur, quae ipsorũ votis arrideat. Arbores autem ãnales, infructuose, his mortuae, & eradicatae: quia verborũ tantum folia habentes, nullũ bonorum operum fructũ afferunt; nec vitã fidei habent, nec charitatis: quas illis abstulit Sathanas. Sunt etiam fluctu ferri maris, semper enim amari sunt, inquieti, inflati, ac furiosi, eructantes spumas errorum, ambitionum, carnisque voluptatum: quorum finis erit aeterna confusio. Sunt denique sidera errantia, ita scilicet instabiles, ut non possint, qui in hoc mundi pelago nauigant, ab illis dirigi, nisi velint naufragium omninõ facerẽ, & in profundum inferni descendere: non peruenientes ad terram, firmamq; paradisi portum. Et nihilominus non desierunt, qui illos in huius mundi nauigatione tanquam firmam & polarem stellam, vitæque suae duces acceperint: ed̄ quod iustis suis iudiciis Deus magnam hæc bestia potestatem dederit, permittens ei, ut pardi velocitate, quatuorque suis alis per maximam mundi partem volet, innumerosque homines decipiat.*

Quorum extrema miseria est, quod etiam multi eorum quaeritent cer-

tam

tam securamq; salutis itaē veritatem: quam cum facile inuenire possent, et tam presentem non agnoscunt: quod inflato, superboque animo eam quærunt. Quamobrem comprehendent illos tremenda ille Dei minā per Prophetam Amos prolata: *g Ecce, inquit, dies veniunt, dicit Dominus: & mittam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbū Domini. Et commouebuntur à mari vsque ad mare, & ab Aquilone vsque ad Orientē: circuibunt querentes verbum Domini, & non inuenient. In die illa deficient Virgines pulchra, & adolescentes in siti. Qui iurant in delicto Samaria, & dicunt: viuit DEVS tuus Dan: & viuit via Bersabee, & cadent, & non resurgent ultra. Quibus verbis magis proprijs, & ad rem explicari potuit infelix status Iudæorum, & Hæreticorum; tam antiquorum, quam modernorum? qui esuriunt & sitiunt veritates, quas DEVS reuelauit: & cum habeant Scripturas diuinas, in quibus eas inuenire poterant, non tamen inueniunt: eò quod non humili & subiecto animo eas quærant: sed adorent idolum DAN, quod iudicium significat: eò quod proprio suo iudicio falso, superbo & cæco; non diuino, vero, certo, ac securo innitantur, quemadmodum Ecclesiæ nostræ Catholicæ est reuelatum. Tunc, (ait Sanctus Hieronymus) Dominus mittet famem in terrā super eos, qui terrena sapiunt; & famem non panis, sitimque non aquæ, sed audiendi verbum Domini: quando propter peccata eorum doctrina deficit vera; & à mari vsque ad mare, id est, à falsis, & amarissimis fluctibus, vsque ad amarum mare perueniūt: non occurrentes fluminibus, nō dulcissimis & varijs fontibus veræ & Catholicæ doctrinæ, & ab Aquilone, qui est ventus durissimus, vsque ad Orientem peruenire cupientes, ab hæresi scilicet ad veritatis lucem, quam reperire non poterunt: quia non recto pergunt itinere, sed deuijs circumueiunt callibus; viamque regiam non tenentes fidei, quam DEVS Ecclesiæ suæ reuelauit, cuius ducuntur anfractibus. Quamobrem deficient animæ virginales, quas incorruptas Apostolus nominat; deficient inquam Virgines: quia verbum Domini non inuenient. deficientibus autem virginibus, & adolescentes deficient, qui prius vicerant mundum, & quicquid in eo erat calcauerant. Ex quo, inquit, intelligimus, quando doctrina veraq; fides non fuerit, perire pudicitiam, castitatem mori, omnes obire virtutes: quia non comedunt verbum Domini, quod qui comederit, eius cibo saginatur, & audiet per Salomonem, iustus comedens saturat animam suā; animæ autē impiorum semper esurient. Hæc S. Hierony. quæ re ipsa in Septentrionalibus partibus experimur, quæ fidem Catholicam deserentes ab Ecclesia se separarunt profanantes diuinarum Scripturarum mensā, suis falsis interpretationibus. Quo nomine, teste S. Thoma, sūt reliquis infidelibus deteriores, quorum miseria & calamitas adeò excreuit, vt fle-*

bile

3.

Amos 8.

In Amo. 8.

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

h Psal. 73.9

bile illud Hebræorum canticum dicere de eis liceat: *h signa nostra non vidimus, iam non est Propheta: & nos non cognoscer amplius.* nostra enim signa, veræ scilicet Ecclesiæ Christi, veræque religionis & Christianitatis, quæ apud nos esse solebant, iam euauerunt. Non sunt exercitia virtutum, non opera Charitatis, non libri pij, non imagines, nec Sanctorum reliquiæ, nec ornamenta sacra: non sunt Religiosi, non Prophetæ aut veri Magistri, qui veritatem ita pure, quemadmodum antiqui tolebant, prædicet; videtur Deus nescire nos, & tanquam extraneos tractare, permittens deesse nobis portionem & alimentum panis, quem nobis largiri solebat.

4.

i Apoc. 13. 17

QVOD si de his infelicibus propria desunt signa veræ fidei, & Ecclesiæ Christi: quæ alia signa habebunt, aut i *characterem*, nisi Dæmonis, eiusque Antichristi: opera scilicet affectusque prædictos, ex quibus tamen omnibus diuina vocatio admirabiles deducit rationes, quas illustrationibus suis manifestat hominibus, vt execrandas ad eò sectas fugiant. si enim arbor, ex fructibus cognoscitur; & hi ad eò sunt mali: quàm erit mala arbor, quæ illos producit: quomodo possunt esse Dei congregationes illæ, habentes Pardorum viscera ad eò crudelia; & varietates, maculasque ad eò detestandas? quomodo è cælo venire possunt Sectæ legesque tot erroribus & peccatis plena? siquidem inde non nisi veritates, virtutesque descendunt? quod si ex mari turbato ascendunt: quomodo possunt fructus esse Christi, Regis pacifici; aut ab Spiritu sancto procedere, qui mitis est sicut columba? quod si multa habent capita sibi contraria, quomodo possunt esse à Deo: qui vnicus tantum est, nec potest sibi ipsi esse contrarius? nec vna veritas aut virtus potest alteri esse contraria? Quod si continuò mutantur, nullam soliditatem & firmitatem habentes: quomodo erunt reuelatæ à prima veritate, quæ infallibilis & immutabilis est?

5.

k Cant. 6. 8

l Can. 5. 12

m Psal. 67.

14.

n Psal. 11. 7

O QVAM hinc apparet, solam Ecclesiam nostram & fidem, quam illa profiteretur, esse veram! siquidem non habet viscera illa Pardorum, sed manuetæ columbæ absque felle amaritudinis; non habet spiritum vltionis, sed humilitatis & mansuetudinis; non est monstrum multorum capitum: quia vnicum tantum agnoscit: ideoque *vna est columba*, quemadmodum eius Sponsus est vnicus; nec residet iuxta aquas salas falsi maris, sed *residet iuxta fluentia plenissima*, dulcium & Chrystallianarum aquarum, quæ sunt Scripturæ diuinæ, in quas puros ac simplices *oculos suos* defigit, & eisdem seipsam *lauat tanquam lacte*, non terreno sed cælesti, fluente ex pectore sponsi eius diuini: cuius doctrina clara est, dulcis, pura, ac nitida. Sed quid dicam de sublimibus ac generosis eius cogitationibus, quas Dauid in *pennas columbæ de argentatis* appellat: non argento falso, aut cum stanno mixto; sed præstantissimo & purificatissimo: de quo idem Dauid dixit: *n clo-*

quia

quia Domini eloquia esse casta: argentum igne examinatum, probatum ierre, purgatum septuplum, ita ut nullam omnino falsitatem aut malitiam admittat. Hæ autem pennæ nascuntur Ecclesiæ dormienti, hoc est requiescenti, inter medios Cleros, siue inter duas sortes, quæ teste Sancto Augnstino, duo testamenta significant, Antiquum & Nouum; meditans enim vtriusque veritates, ex conformitate, qua sibi correspondent, nouum lumen haurit, quo solidatur amplius, securiorque fit in ijs, quæ Deus de suis mysterijs reuelauit. Sed quid hæc columba hisce suis pennis facit? non sine causa ait idem Sanctus: etiamsi columba sit aded mansueta, pectus tamen roburque habet ad nidum suum, oua, & pullos defendendos; rostro alisque eum ferendo, & vulnerando, qui accedit, ut auferat. Nam & ipsa Ecclesiæ absq; suæ mansuetudinis detrimento, sanctum habet Zelum, ut fidem suam, & religionem; & ea quæ ad eam spectant, defendat ab hostibus inuadentibus. Sed quibus quæso armis aut hostes offendit, aut sese ab eis defendit? num corporeis? his ait S. Thomas nunquam Ecclesiæ vitur, nisi aliquando aduersus infideles, qui per tyrannidem impediunt prædicationem Euangelij; aut contra hæreticos, qui à gremio in quo fuerant educati, impudenter se subducunt. Sed eius præcipua arma sunt sicut columbæ, rostro scilicet pennisque de argentatis suorum verborum, & rationum efficacium, quas deducit partim ex ipsa naturali ratione, & ijs, quæ in mundo euenerunt; partim ex Scripturis diuinis, eodem spiritu Dei, quo scriptæ fuerunt, intellectis: quarum rationum aliquas in proximo capite afferemus.

S. August.

Ibidem.
tract. 7 in
epist. S. Ioan.
ad finem.2. q. 10.
a. 8.

CAPVT IX.

PRAECIPVI FIDEI CATHOLICAE

fructus, ex quibus eius veritas deprehenditur.



CCCLESIAE Sanctæ Doctores, tanquam diuinæ vocationis instrumenta, multas rationes adducere solent, ad sanctæ nostræ Fidei veritatem & excellentiam comprobendam. In quem finem adducunt *miracula*, quæ ad id comprobandum tum plurima edita sunt, tum quotidie fiunt; *prophetias* rerum futurarum, quæ rectè euenerunt, quotidieque eueniunt; quemadmodum fuerunt prædictæ: *conformitatem* vtriusque Testamenti Noui & Antiqui, in quibus magno concentu veritas respondet umbræ; & figura rei, quam representat; sublimem diuinæ Sapientiæ ideam ac *dispositionem* cir-

Motiu f.
dei.

Tom. 1.

K

cap-

C. 7. § 4.

ca ipsius Ecclesiae fabricam in decem signis, quae ad eam cognoscendam supra retulimus. Sed has rationes prudens praetereo, remittens lectorem ad alios libros, in quibus ex instituto & fusius illa traduntur. Meum enim institutum hic non tam est rationibus infideles conuincere, quam agere de vocationibus, quae pertinent ad fideles: ut aliquam illis consolationem afferam, animumque ad fidele obsequium addam eius Domini, qui ipsos ad felicem hunc statum vocauit. In quem finem breuiter afferam admirandos arboris fidei Catholicae fructus, quibus facile potest illa cognosci: ut eam pro dignitate aestimantes, in ea confirmemur, excitemurque, & spiritum resumamus, ad exequenda quae nobis commendat.

§. I. *Fructus Fidei.*

*Mutatio
mira pecca-
toris.*

I.

a *Psa. 76. 11.*b *Isai. 11. 6.*
c *Ec. 63. 25.*

PRÆCIPVVS fidei ac religionis Christianae fructus est, quod tantam puritatem & sanctitatem in mundo seminauerit, ut sufficiens sit, infallibilis eius veritatis testimonium. Nam primum, ipsa fecit, facitque indies stupendam aded in hominum cordibus mutationem; ut certum reddant testimonium, quod ea sit *mutatio dextera excelsi*: qui sola sua omnipotentia eam efficere potuit. Dic enim mihi, quid voluerit Isaias significare, cum praedixit fore, ut in diebus Melsiae, *habitet lupus cum agno: & pardus cum hedo accubet: Vitulus & leo, & ovium simul morentur, & puer paruulus minet eos. Vitulus & ursus pascantur: simul requiescant cuncti eorum, & leo quasi bos comedat paleas*? Si hanc mutationem, ut in ipsa litterae cortice sonat, vidisses, dixisses procul dubio DEVM esse eius auctorem: alterius enim, quam ipsius potentiam, id efficere non potuisset. Agnosce itaque non minus esse prodigiosam spiritualis hominis mutationem, quos haec animalia significant: in qua aperte manifestatur ipsius Dei potentia, religionisque Christianae excellentia: quae mutat cicuratque corda, quae sua natura ad crudelitatem *pardorum* inclinant, & ad *luporum* voracitatem, ad astutiam *ursorum*, *leonumque* superbiam: efficitque, ut sese demittant, facilesque praebant in agendo cum vilioribus & abiectioribus huius mundi; induentes conditionem mansuetarum ouium & agnorum; & qui delicatioribus cibis assueuerant consuetudinem illam mutant, & crassissimis sunt contenti; qui consueuerant alijs imperare, subijciunt sese, & paruo pastori se dedunt, a quo Christi nomine gubernentur. O mutatio verè dexterae excelsi! certum signum, certumque character veritatis & sanctitatis fidei ac religionis, in qua illa fit. Haec (ait Cassianus) prodigia sunt, ad quorum considerationem inuitat nos David, dicens: *Venite & videte opera Domini, quae posuit prodigia super*

Coll. 12. c. 12.
c *Psal. 45. 9.*

terran.

terram : quæ in primæua Ecclesia maxime eluxerunt: sed & quotidie eadem efficit DEVS N. in Religiosis statibus, in momento commutando corda superba in humilia; delicata in pœnitentia; furiosa in tolerantia, & patientia.

CONFIRMAT hoc, & eleganter declarat Sanctus Augustinus, dicens: fidem Christianam mutasse hominum mores in sex rebus ad eò præclaris, vt humanas vires excedant, solisque diuinis obtineri possint: fides enim veram solius vnus Dei *adorationem* cultumque plantauit, repellens idolatriam in maxima mundi parte; eadem *continentiam* siue temperantiam induxit, vsque ad tenuissimum victum panis & aquæ; & non quotidiana solum, sed etiam per contextos plures dies perpetuata ieiunia, quod faciunt Anachoretæ; & *castitatem* ad eò puram, vt etiam Matrimonia & quascunque alias carnis voluptates reijciat, quod faciunt Virginum exercitus: *patientiam* ad eò inuictam, vt nec timeat cruces, nec ignes, quemadmodum resplendit in Martyribus; *liberalitatem* ad eò magnificam & profusam, vt patrimonia pauperibus distribuatur, quod faciunt Religiosi; ac denique induxit totius huius mundi *aspirationem* ad eò liberam & generosam, vt vsque ad desiderium mortis intendatur, vt perueniri possit ad fruendum Deo; quod faciunt contemplatiui. pauci quidem, inquit, hæc faciunt, sed faciunt tamen aliqui, quod sufficiens est testimonium, vt omnes audiant, credant, approbentque Christianæ fidei excellentiam: ex qua talis mutatio procedit, quæ non potest ab alio esse, quam à Deo: ac proinde ab eodem prouenit fides, per quam illa mutatio fit.

QVID verò dicemus de reformatione, quam eadem fides viuæ efficit in omnibus statibus? Hæc, ait idem Sanctus Augustinus, peccatores sanat, ignorantes illuminat, curat ægrotos, docet fideles, pœnitentes reparat, Iustos reddit feruentiores, coronat Martyres, conseruat Virgines, coniugatos castificat, reformat Ecclesiasticos, Sacerdotes consecrat, præparat regna cœlestia, æternamque hæreditatem in Angelorum societate communicat. Per hanc Reges fœliciter regnant, Legislatores sanctas condunt leges, iuste Iudices iudicant, cæteri que ministri cum puritate sua obeunt munia, militibus cæterisque hominibus salutare præscribit regulas, & consilia; præbens eisdem ad ea explenda auxilium. Cuius rei testes sunt clarissimi Sancti, quos in singulis statibus produxit. Nam Fides est sicut *d granum Sinapis*, specie quidem *paruum*, sed magnum efficacia; cuius *rami* in vniuersum orbem se extenderant: *avesque Cœli veniunt & habitant in eis.* in singulis enim statibus inuenire est homines cœlestes, atque diuinos, qui Angelorum instar à terrenis sese eleuant, suamque vitam in Contemplatione fundant

2.
Lib. de vti-
litate cre-
dendi c. 7.

Sex morum
mutationes

3.
Serm. 10. de
verb. Apost.

Reformatio
omnium
statuum.

Matt. 13

nyfteriorum, quæ fides reuelat; & in operibus ac virtutibus exequendis, quas illa commendat.

4

e Ioan. 7. 17

SED quid si tu ipse veritatis huius testis esse possis; cum magna procul dubio tua consolatione id profitereris, si manus operi admo- ueres ad exequendum, quæ præcipit ipsa fides. Sic enim ipse Domi- nus dixit quibusdam eam calumniantibus; *e Si quis voluerit voluntatem Patris mei facere: cognoscat de doctrina mea, utrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar.* Id nobis teste Sancto Chrysostomo, insinuans: quod qui statuit ac decreuit implere quicquid DEVS mandat, ab eo tandem illustrabitur, vt magnam habeat certitudinem veritatum, quas ipse re- uelauit: Quod si aliter eorum, quæ DEVS in te effecit, habes experi- mentum: ex eo conijcere licebit veritatem reliquorum, quæ dixit. Conijce oculos in octo illas heroicæ virtutes, quas ipse CHRIS TVS Dominus Noster *f beatitudines* appellauit, promittens illis ingentia præ- mia: & deprehendes, aliquam experientiam eius, quod illa præmia in se continent, effecisse ipsa promissa credibilia, ac reddidisse ipsas vir- tutes iucundas & amabiles; & sic confirmasse fidem, ex qua omnes nascuntur. Nec gratis in prima & vltima beatitudine, vt potè difficilio- ribus & acrioribus, præmium ponitur de præfenti: cum in reliquis pro- mittatur in futurum, vt intelligas, solere Christum Dominum Nostrum talem initio oblectationem præbere; vt facillè inducat ad credendum, quod promittit, postea quoque eandem auget oblectationem, vt firmiter credatur, ac possideatur.

Matt. 5. 3.

3.

g Isai. 59. 5.

h Hebr. 11.

11. 17.

NUNQUID *g abbreviata est manus Domini*, vt eius auxilio non possint, qui nunc sunt, idem præstare, quod maiores & Antiqui: eandemque certitudi- nem fidei habere, quam illi habuerunt? Si h *Abraham* (vt Apostolus per pē- dit) *fide exiit ex Ur sine igne Chaldaeorum, nesciens quo iret: filiumque suum v- nigenitum offerre voluit, arbitratus quia & à mortuis suscitare potens est Deus*, vt suas promissiones impleteret: etiam nunc multi fide exeunt ex igne cupidi- tatum, qui ardet in mundo; filiumque suum primogenitū proprium scilicet iudicium sacrificant: abnegando illud, vt credant, quod dicit Deus: sperantes se viuros, quod ille promittit. Et si *Moses fide reliquit Aegyptum non veritus animositatem Regis, inuisibilem tanquam videns sustinens, maiores diuitias asti- mans thesauro Aegyptiorum, improperium Christi*: plurimi nunc relinquunt hunc mundum, non veriti furorem Principis eius Sathanae: quia oculis fidei respiciunt inuisibilem DEVM maiori certitudine, quàm si corporis oculis eundem cernerent: plures astimantes, participes esse crucis CHRIS- TI, quàm omnes terræ thesauros possidere. Vide, antiqui Sancti *vicerunt Regna, adepti sunt promissiones, obturauerunt ora leonum, extin-*

erunt imperium ignis, foris facti sunt in bello, castra verterunt exterorum, aliaque prodigiola opera perfecerunt: Eadem verò præstiterunt multi sancti in Nouo Testamento, & alia multò maiora. i Fide enim (quemadmodum ipse Saluator promiserat) *Demonia ex corporibus ericiebant, variis linguis loquebantur, serpentes tollebant, & cum mortiferum quid biberent, eis non nocebat, sepe agrotos imponebat manus, & benè habebant; & si opus erat, k dicebant monti transi hinc illuc & transibat; & iacta te in mare, & fiebat, nihil enim est impossibile, sed m omnia possibilia sunt credenti: & hucusque* ait S. Bernardus) multi hæc prodigia faciunt, si non semper, vt in coracæ sonant; saltem sicut significant in spiritu. Nec propterea minus prodigiola censentur: siquidem absque vlla comparatione hæc sunt meliora, nostrasque vires superant, ac testimonia sunt certissimæ fidei, quæ illorum est causa: *dæmones enim sunt leones; cupiditates, flammæ; persecutiones, bella; peccata, serpentes; diabolicæ suggestiones, venenum mortiferum; & ipsæ passionēs, sunt infirmitates.* Omnia autem hæc vincit n fides, quæ per charitatem operatur. Estque sufficiens testimonium, quod sit DEVS, qui talia per illam facit.

i Marc. 16.
17.
k Matth.
7-10.
c. 21. 21.
n Mar. 9.
3. Serm. 1.
de Ascens.

n Gala. 5. 6.

6.

Imo & ipsamet fides sufficiens sibi dat testimonium. quis enim diuinitatis sublimitatē, & humanitatis vilitatē sapientibus hominibus, potentibus, prudentibus, ac diuitibus, persuadere potuisset; & vt virtutes tam arduas ac difficiles ad eò firmiter amplecterentur; vt non dubitarent vitam ipsam, in earum defensione amittere, omniaque terrena conculcare; vt easdem sequerentur? Mundus est hodie plenus Cherubinis & Seraphinis, illis similibus, quos vidit Isaias, qui etsi doctissimi, & maximi in mundo sunt, alis tamen suis o velant faciem & pedes Dei: venerantes cum summissione maxima quod altissimum & infimum est in mysterijs, quæ ipsi non assequuntur; clara voce confitentes, illa esse verissima: imò ex hoc ipso plurimum in fide confirmantur. Ad naturam enim Dei (si verus DEVS est) spectat, vt nulla creatura possit eam totam, & quicquid illa potest, eiusque prouidentiam, & opera penetrare & comprehendere: Ad eò, vt eo ipso quod aliquis ea comprehenderet, iam non esset Deus, quia finitus esset, & aliquo termino circumscriptus.

o Isa. 6. 2.

7.
c. 8. 9. 2.

CONFER denique perfectos Ecclesiæ viros, quibus DEVS eius dilationem commisit, cum Auctoris siue Promotoribus Sectarum ei aduersarum, quorum mores supra retulimus: & ipsi sufficiens dabunt testimonium veritatis fidei, quam ipsi tenent ac docent. Hi enim Apostolici viri, contra quam Hæretici sunt nubes aqua cœlestis sapientiæ plenæ, ad irrandos peccatores terræ; sunt arbores non bis mortuæ, sed bis viuæ, duplici vita heroicæ fidei & accensæ charitatis; nec sunt cõtenti folijs verborum, sed fructus proferunt Sanctorum operum; non sunt mare ferum & turba-

tum, sed tranquillum & quasi lacteum ob scientiæ vitæque sanctitatis abundantiam. Quod si feruent interdum, is est feruor spiritus; & si spumant, id faciunt sancta quadam indignatione aduersus ipsa peccata. Ac denique non sunt sidera errantia, sed firmiter fixa; permanentes semper in lumine suo: & sunt tanquam polus ad aliorum directionem, ob insigne vitæ ac doctrinæ exemplum. *p Dan. 12. 3* *q Apoc. 12. 2* *Qui enim docti sunt* (dixit Angelus Daneli) *fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiant multos: quasi stelle in perpetuas æternitates: Ex quibus constituitur corona stellarum duodecim; quam habet Ecclesia in capite suo, ob continuas victorias quas per eos continuè obtinet.*

§. 2 *Quæ ratione fides prædictos fructus producat.*

NE quis tamen decipiatur, existimans, solam fidem, quæ in intellectu est, hos fructus producere: operæ pretium erit rationem indicare, quæ id faciat. Præmittendum est autem: a *quoniam Dei perfecti sunt opera;* & cum aliquid incipit, cupit illud omnem sibi debitam perfectionem habere: id est vocatio, quæ fidem Catholicam nobis inspirat, ed tendit, ut eam non solam, sed cum cæteris etiam virtutibus cordi nostro insecat; & nominatim illam, de qua Apostolus, quod *b fides per charitatem operetur;* c *Christumque habitare per fidem in cordibus nostris, in charitate radicatis & fundatis.* Potuisset quidem Apostolus commutatis verbis dicere, Christum habitare in cordibus nostris per Charitatem in fide radicatis & fundatis; quia utraq; hæc virtus est spiritualis ædificij fundamentum, & radix: vnde spiritus fructus procedunt, altera alteram adiuuante, ut illi producantur; siquidem fides non sufficeret sine charitate; nec posset charitas esse absque fide. Quemadmodum intellectus & voluntas sunt radix & origo operum, quæ sunt hominum propria. Intellectus enim dirigit voluntatem in ijs, quæ velle debet: voluntas verò mouet, ipsumque intellectum ad id applicat, quod cognoscere oportet. Sic inquam fides quæ Iustorum intellectum perficit, Charitatem dirigit in ijs, quæ debet diligere; Charitas verò quæ perficit voluntatem, fidem ipsam excitat ad ea, quæ sunt credenda: & utraq; simul tanquam duæ sorores coniunctæ admirandos proferunt fructus in omni genere virtutum, insignesque victorias consequuntur ad gloriam Domini, qui dixit: *d ascendam in palmam & apprehendam fructum eius:* quæ autem hæc est palma, in quam ascendent qui **C H R I S T V M** sequuntur, nisi fides cum Charitate coniuncta? per quam, ut ait Sanctus Ioannes, *e mundum vincunt & victoriam consequuntur.* utriusque autem competit palmarum proprietas, de quibus Plinius, quod sit inter illas mas & femina; quas ut fructus proferant, oportet ad eod propese

inui.

inuicem esse plantatas, ut vtriusque riuces se inuicem complectantur. Ita ergo necesse est, fidem & charitatem sese mutuo complecti, esseque coniunctas ad fructum proferendum. Apostolus autem hos fructus, fidei tribuit, quatenus illa prima est, quae docet quid sit faciendum, & ad illud inclinat, semperque inter reliquas virtutes quasi clamat, easque in proprijs actionibus comitatur: fides enim per Charitatem diligit, obedit per obedientiam, per patientiam tolerat, demittit se per humilitatem, aggreditur per fortitudinem; & quod habet, largitur per liberalitatem. Et hoc est quod dicitur *Iustum ex fide viuere*. Illa enim ipsum dirigit in omnibus, quae facit, accedente simul Charitate, ut plenam perfectionem obtineat. Quare, si proficere in diuino Spiritu cupis, necesse est in vtramque hanc palmam fidem & Charitatem oculos conijcere, easque in anima tua ita connectere, ut fructus dulces ex eis colligere valeas. siquidem non sine causa in templo, quod vidit Ezechiel, multae erant Cherubinorum figurae cum duplici facie, altera hominis, altera leonis: faciem hominis iuxta palmam ex hac parte. & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte: ad significandum, quod oporteat, iustu duplicem suam faciem siue potetiam, intellectum & voluntatem cum duplici palma, fide & Charitate, coniungere, eas inter se & secum ipse vniendo: ut viuus fiat Ecclesiae membrum, fructusque aeterna vita dignos proferat. Ex his palmis tres praecipuos fructus colliges, tres sc. externas Fidei protestationes, & confessiones. Prima fit verbo: de qua Apostolus: *h Fide creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem*. ut fides, quae in corde latet, magna libertate manifestetur lingua, quando id est necessarium ad gloriam Dei, eiusque Ecclesiae, aut ad salutem animarum nostrarum, aut ad proximorum utilitatem. Quamuis enim haec verba non fructus esse videantur, sed folia: sunt tamen folia fructuosa, quemadmodum *ifolia ligni vitae*, quae conducunt ad sanitatem gentium, & ad pugnandum contra daemones. Nam quemadmodum palmarum folia (ut ait quidam) figuram habent gladij, ita verba fidei, gladij sunt spiritus ad pugnandum, & victoriam de nostris hostibus reportanda. Quae ob causam suadent SS. Patres, frequenter proferre symbolum Apostolorum, & reliqua Ecclesiae symbola, attentius perpendentes mysteria & verba quae in illis continentur; propterea. n. repetit illa Ecclesia quotidie in horis Canonicis, & frequenter in sacro Missae. S. Ambrosius suadet recitari symbolum quotidie mane, & quando in aliquo timore, aut periculo nos videmus constitutos. S. August. & Hieronymus hortantur, ut repetamus, antequam incumbamus, & antequam ad externas occupationes prodamus: & ut cordis nostri tabulis infigamus. Et propterea fortasse SS. Apostoli non illud nobis scriptum reliquerunt, sed per traditionem, & verbo; ut nos docerent, oportere illud sculptum in anima & in ore gestare, tanquam nostrae religionis signum,

& su-

*1 Hab. 2. 4.
Rom. 7. 17.*

*3 Eze 41.
18.*

*Tres fidei
fructus.*

h Ro. 10. 10.

*Professio fi
dei.*

*1 Apo. 21 2.
Hugo Card.
in Psal. 19
V de Virgã
in c. 7. Apo.
Sectio. 9.*

*Lib. 3. de
Virgin
S. Aug. lib. 1
de symbolo
ad Carech.
c. 1.
S. Hier. epist
61. ad Pam
mach.*

& supra ipsum cor ponere, tanquam scutum contra omnes hostium tentationes, iuxta Apostoli adhortationem dicentis: vt *in omnibus sumamus scutum fidei, in quo possimus omnia tela nequissimi ignea extinguere.* Et ideo consueuimus in periculis mortis illud proferre symbolum, vt ea euadamus. Denique confessio hæc aded debet esse animæ nostræ insculpta, vt parati simus vitam ipsam, quemadmodum Martyres, perdere potius, quam in aliqua eius confessionis parte deficere. Quod quia arduum est, instituit Christus D. N. confirmationis Sacramentum: quo speciale ad id auxilium nobis præberet, vt suo loco videbimus.

2.
Oratio.

Serm. 36. de
Verb. Do-
mini.
I Rom. 10.
13.

Lib. de Fide
& oper. c.
21.

m Luc. 17.

21.

n Rom. 13.

10.

o Rom 5.5.

p Marc. 9.

22.

Ibid.

q Luc. 18.

42. Sc. 7.

50.

3.

Bona opera.

I Ti. 1. 16.

Hæc fidei confessioni altera est coniungenda, quæ Orationem comitatur: Nam eo ipso, quod oramus, aut aliquid à Deo petimus, confitemur fidem eius Diuinitatis, Sapientiam, Omnipotentiam, ac Bonitatem Domini, à quo petimus: & eadē viua Fide illud impetramus. Oratio enim eiusque efficacia, ad obtinendū qd petimus, est fructus fidei præstantissimus: quemadmodū perpendit S. Augustinus his verbis: *Si Fides deficit, Oratio perit. Quis enim orat, quod non credit?* vnde & B. Apostolus, cum ad orandum exhortaretur, ait: *Omnes, quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Et, vt ostenderet, Fidem fontem esse orationis, nec posse ire riuum, vbi caput aquæ siccatur, adiunxit atque ait: *Quomodo autem inuocabunt, in quem non crediderunt?* Ergo, vt oremus, credamus: Hæc S. Augustinus. Quare omnia Encomia & magnalia, quæ sancti tribuunt orationi; & quæcumque gloriofa ac prodigiola illa obtinet, omnia sunt fidei ac fiduciæ fructus, ita vt etiam ipsa Charitas, qua fides operatur, & à qua perfectam suam vitam accipit, hoc nomine censenda sit fructus eius: quemadmodum idem Augustinus insinuat, cum ait: *hæc fides est in regnum Dei, quod intra nos est: hanc rapiunt violenti credentes, & impetrantes Spiritum Charitatis, quæ est plenitudo legis. Violenti enim (ait) fidei, Spiritus S: impetratur: cuius o Charitas diffusa est in cordibus nostris.* Sed quid non obtineat fides, cum Christus D. N. petenti sanitate filio suo, habenti surdum & mutum spiritum dixerit: *psi potes credere, omnia possibilia sunt credenti?* Omnia, (inquit S. Hieronymus) quæ ad animæ sanitatem spectant, fructus sunt & effectus fidei petentis illa in oratione, & nomine Saluatoris. & hanc ob causam idem ipse Saluator miracula sua sæpè tribuebat Fidei ea petentium, dicens eis: *q Fides inuate saluum fecit, ab ea enim tanquam à radice fructus iste processit.*

DENIQUE alia est Fidei confessio, quæ externa propria Christianismi opera comitatur, quæ humanam rationem superant, qualia sunt, peccata confiteri, communicare, iniurias tolerare, & eas inferentibus dimittere, & similia: his enim profitemur fidem, quæ nos ad ea præstanda permouet. & vniuersim, quemadmodū peccatore r *factis negant DEVM*, ita Iusti factis

luis

fuis eundem confitentur: mala euitantes, bona verò propter eius amorem perficientes. Ac propterea S. Thomas fidei effectus reducit ad duos, timorem scilicet Dei, & cordis puritatem. Ille enim & ad timorē, & ad reuerentiam diuinæ Maiestatis nos inducit; & absterrret ab offensione eius bonitatis, ne in eius Iustitiæ manus incidamus. Eadem quoque fides (vt sanctus Petrus dixit) *purificat corda*, reiiciendo ab eis affectiones terrenas, quibus maculantur; eleuando verò illa ad rerum cœlestium amorem, quo purificantur & nobilitantur. Et hic modus fidei profitendæ est maximè necessarius; quo virtus huius arboris non solum ex foliis, sed multò ampliùs ex huiusmodi fructibus deprehenditur: sine quibus (vt ait sanctus Iacobus) *Fides mortua est in semetipsa*: quemadmodum verè est mortua in illis Christianis, qui ob lethale aliquot peccatum, gratiæ & charitatis vitam amiserunt. Ex quo prouenit necessitas uocationis ad hanc vitam reparandam, de qua in sequentibus capitibus agetur.

2. 2. q. 7. a.

1. q. 2.

1. Act. 15. 9.

1. Iaco. 2. 17.

CAPVT X.

DE VOCATIONE AD OBTINENDVM ET RE-
parandum statum gratiæ peccatores iustificantis, & ad miran-
dis que in se continet commodis.

CVM præclara omnia, quæ de Ecclesia Fideque Catholica sunt dicta, ed tendant, vt Christiani, Iusti sint ac Dei amici: nulla est gloriosior, maiorisque momenti Vocatio, illa, quæ immediatè eos permouet, ad hanc gratiam, & cum Deo amicitiam procreandam. Et quoniam eius præstantia nulla alia via commodius intelligi potest, quàm si præclarissima bona, quæ in se continet, aperiantur: aduertendum est, quod (quemadmodum S. Augustinus dixit) quamuis creare cœlum & terram opus fuerit grande; maius tamen sit, ex peccatore facere Iustum. Nam creationi nulla creatura resistit; Vocationi autem ad iustificationem potest resistere peccator, cuius voluntatem solus Deus mutare potest; & efficere, vt non resistat, sed acquiescat: & tunc (vt ait S. Thomas) eleuat illum ad bonum quoddam supernaturale, quod sine vlla comparatione superat quicquid est cœlum & terra. Ex quo vterque hic Sanctus Doctor inferunt: quamuis gloria, quæ Iustis in cœlo redditur, sit maius bonum, quàm gratia, quæ peccatoribus datur in terra; hæc tamen hanc præ illa præstantiam habet, quòd in ea mirificè splendeat diuina misericordia, &

Tract. 72. in
Iohannem.

2. 2. q. 113. a. 9.

Tom. 1.

L

immenta

immentia eius Charitas, qua suos diligit inimicos, benefacit ingratis, offerens gratiam Vocationis & Iustificationis ijs, qui eius erant indigni.

2. Pet. 1. 4

1. Pet. 2. 9

Quis autem referre poterit bonorum immensitatem, quæ in hac gratia continentur? a per qua (vt S. Petrus ait) efficiamur diuina consortes nature, & b sumus genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis Dei, & Christi regnum, maximaq; & pretiosa eius promissa obtinemus. Quod si scire velis, quam illa sint pretiosa, perpende bene hæc tria, in quibus reliqua continentur: quorum præstantiam & excellentiam DEVS solus comprehendit, eiusque solo lumine potest manifestari.

§. 1. Dignitas FILIORVM DEI.

a 1. Ioan. 3. 1

b Ioan. 13.

23. & c. 21.

20.

c 1. Ioan. 4.

16.

d Ioan. 3. 6

PRIMA dignitas & excellentia, quam nobis confert gratia DEI, est excellentissima illa adoptio, de qua admirans S. Ioannes ait: a videte qualem Charitatem dedit nobis Pater, vt FILII Dei nominemur & simus! O Apосто! Sancte, qui tanquam Aquila ad Patris æterni sinum ascendisti, & b super pectus eius in Cena recubasti: aperi nobis dignitatis huius magnitudinem, quemadmodum eam ibi agnouisti: nisi enim tuos oculos habeamus; non poterimus videre quod iubes, vt videamus. Quamuis tua verba hanc magnitudinem & excellentiam valde nobis illustræt, cum eam CHARITATIS nomine, quod proprium est nomen DEI, appellasti: tu enim ipse dixisti, quod c DEVS sit CHARITAS. Quid autem hoc tibi vult, nisi cum nomine FILIORVM, simul venire infinitam Patris Charitatem, ad habitandum cum eis, & communicandum creatæ Charitatis donum, ad similitudinem increatæ eius charitatis, cum stupendis ab ea proueniens effectibus? hæc enim dignitas FILIORVM DEI non est nomen tantum, & titulus; sed res ipsa cum omnibus excellentijs ac priuilegijs, quibus gloriosè ad eum nomen est dignum: vt verè ac realiter excellentias participant diuinæ naturæ, gratiasque, virtutes, ac dona, quæ talis Patris filijs iurè conueniunt: idque viua ad eum similitudine, vt Christus ipse Dominus Nicodemo dixerit: d quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. quasi dixerit, quemadmodum, quod per carnalem generationem ex homine nascitur, homo est; ita, quod per spirituales generationem à DEO nascitur est DEVS: non æqualitate naturæ, sed stupenda viuaque similitudine, qualem vitæ rationem accipit, vt diuina potius appareat, quam humana; magisq; vita spiritus, quam carnis. Ad ipsius enim Dei honorem, & excellentiam pertinet, vt filios generaturus illos faciat perfectissimos, patriq; suo simillimos, quo ad potest creatura sui creatoris similitudinem habere.

Quod si excellentias nosse velis, quæ eam dignitatem comitantur: audiorum summam, quam CHRISTVS D. N. in parabola filij prodigi

aperuit

aperuit. Qui cœlesti lumine illustratus, tantam dignitatis filij opinionem concepit, vt indignum se iudicauerit etiam eius nomine, dicens: *etiam si dignus vocari filius tuus; sed satis magnum in me conferes beneficium, si me feceris tanquam vnum de mercenariis tuis.* Nam qui nature bona ad eum prodigè consumpsit, nō meretur præstantissima gratiæ dona recipere. Sed multò amplius Pater ipse aperuit suam de hac dignitate opinionem, & æstimationem: qui tantam ostendit lætitiã & exultationem, cum eam filio communicauit. Quamuis enim *f. D. E. V. S. latetur* (vt ait David *in omnibus operibus suis*; multò tamen ampliùs, quando illa sunt excellentia: quale hoc est, cum filius aliquis recens ei nascitur; aut aliquem ipse resuscitat. Quemadmodum Reges & Principes, cum filius ipsis nascitur, magna dant signa lætitiæ, instituendis conuiujs, adhibendis Musicis, alijsque aulicis oblectationibus; vt aula toti & regno ipsi magnum ex eo proueniat solatium: hoc enim etiam in cœlo fieri asseruit ipsemet noster Saluator, dicens: *g. dico vobis, quod gaudium erit in cœlo coram Angelis DEI super vno peccatore penitentiam agente: cò quod natus sit DEO recens filius, aut, qui mortuus erat, reuixit.* Quid autem mirum, si Angeli latentur cum videant ipsummet Omnipotentem DEVM infinitæ suæ quasi Maiestatis oblitum festinanter ad talem filium accurrere, & *cadere super collum eius*, eoque seipsum demittere vt eum osculetur: hoc signo ostendens, quantum illum amet, & quod sibi Charitatis vnitione coniungat, magnam sentiens voluptatem, quod illum in filium suscipiat. Accurrit DEVS (ait Sanctus Ambrosius) ob desiderium iustificandi peccatorem, quem vocat: nē quis redire volentem impediatur, & quasi quodam patrij amoris affectu, supra collum cadit, vt iacentem erigat; & oneratum peccatis, atque in terrena deflexum reflectat ad cœlum. Brachia extendit, vt recipiat errabundum; strictè complectitur, nē iterum elabatur; os ori coniungit. vt splendor gratiæque faciei DEI, faciei hominis imprimitur: qua maneat homo totus splendidus. Quid autem de stola pretiosoque amictu dicemus, qui datur, vt ita se ornent, quemadmodum decet ad nobilem parentis filium: siquidem potentes parentes honori sibi tribuunt, filios suos optimis vestibus ornatos incedere. *h. cito, inquit, proferte stolam primam, & induite illum; & date annulum in manu eius, & calceamenta in pedibus eius.* Stola prima vestis est pretiosissima primæ gratiæ, quæ propria est filiorum DEI, & operit illorum nuditatem, manetque anima pulcherrima & gratiosissima. PRIMA est eò quod sit cæteris præstantior, per quam discernitur à filijs Dæmonis; accipitque inuestituram filiorum DEI viui cuius opera sunt semper perfecta. ideoque cum hac prima stola dat etiam secundam, & tertiam, & reliquas supernaturalium

e Luc. 15. 19.
21.

e Ps. 103. 34

g Luc. 15. 7.
10.Lib. 7. in
Lucam c. 15
in 3. Tom.

h Luc. 15. 22

In 15 c. Luc
c. 5. Rom. 6.
S. Amb. sup

virtutum vestes, quæ cum illa coniunctæ esse solent: quò eius filius ita splendide sit vestitus & ornatus, vt nihil illi desit. Ne verò huiusmodi virtutes sint otiosæ, datur in manu eius annulus, in quo est signaculum: quod (vt ait Beda) est ipsa virtus Fidei, certumque pignus, quod sit daturus omnia auxilia necessaria ad bona opera, ad quæ virtutes inclinant, exercenda. Nec tamen mysterio vacat, quòd annulus non in designatum digitum inseratur, sed datur in manum: significat enim, quemadmodum qui annulum in manu habet, potest illum modò in vnum digitum, modò in alterum pro libitu inserere: ita cœleste auxilium non dari ad vnam solum facultatem, siue potestiam; aut ad solum aliquod opus: sed ad omnia quæ iustus præstare voluerit. Datur intellectui, vt fide credat, prudentia gubernet, & sapientia contempletur; Datur Voluntati, vt Charitate diligit, Spe confidat, obedientia pareat, Iustitia reddat quod debet. Quare nunquam ex parte DEI deerit auxilium, quoties Iustus illo vti voluerit. Datur etiam calceamentum pedibus, ne defœdentur aut lædantur, si nudi incedant: recipit enim in se, dirigere ac moderari affectus, qui impellunt ad terrena; tribuens ad id virtutes, quarum munus est frœnare passiones.

4.

i Luc. 15. 23

S. Amb. sup.
S. Chrysof.
Hom. de
Patre &
duobus filiis
Tomo . . .
S. August. de
2. de q. 2. c.
aug. ius. c.

33.

5.

Quæ verò utilitas erit, si filius vestibus satis ornatus incedat, nisi ordinaria etiam habeat alimenta? Quis verò hæc illi dabit nisi Pater, ad quem spectat & victum & amictum filio tribuere? *Adducite* inquit, *vitulum saginatum, & occidite; & manducemus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.* Vitulum saginatum dicunt SS. Patres esse corpus Iesu Christi Redemptoris nostri in ara crucis immolatum; quod & nunc in ara sacra immolatur, vt sit ordinarius filiorum DEI cibus, licet panis accidentibus velatus. Propterea enim appellatur panis filiorum, à cœlesti nostro Patre filiis suis concessus, vt alantur, pinguescant, & roborentur. Sed quoniam DEVS D. N. non est semper suis sacramentis alligatus: saginatus etiam vitulus significat cœlestium deliciarum abundantiam, quam illis tribuit filius, qui eius amore omnibus sensuum voluptatibus renuntiant.

Ne e minus deprehenditur quanti magnus iste Pater filios suos faciat, cum hæc omnia iubet fieri per seruos suos. Pauperes enim, hominesq; cōtines, cum fami sunt, ipsi met sese induunt, mensam sternunt, & escas apponunt: Principes a. ac nobiles, seruos habent, qui hæc officia præstent: quibus etiam vulgares valetudinarii, & valde debiles hoc subsidio indigeant. Hunc ergò in modum cœlestis noster Pater videns hinc extremam hominū debilitatem, quos vult in filios accipere; inde verò volens, nobilitatē, quam illis tribuit, innotescere: statuit præcipuos aulae suæ seruos, Angelos scilicet custodes, Ecclesiæq; Sacerdotes in his omnibus illis ministrare: per eos enim colā, annulū, calceamenta, & vitulū iubet offerri. Ne verò moras in suo mi-

niste-

nisterio trahant, ipsemet Princeps illos vrget, dicens: *cu o proferte sola, & induite illum: ne forte frigeat; & nec ad momentũ quidem nudus maneat, quẽ ego in filium accipio.* Huiusmodi enim animæ vestes, non exuuntur quotidie, & induuntur quemadmodum corporis: sed semper indutæ esse debent, sub pœna amittendi filiorum dignitatem: quamvis meritò quotidie essent renouandæ ac perficiendæ donec gloriæ vestis accedat.

Hæc vltima est filiorum Dei excellentia, quos Pater sub sua paterna prouidentia accipit, vt alat, gubernet, & in statu collocet: donec ad æternam felicitatem perueniant. Nam, vt ait Apostolus: *k si sumus filii, etiam hæredes erimus: & non cuiuscunque hæredes sed hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi:* qui frater noster est natu maior, & Patris cœlestis primogenitus: qui nos hæreditatis sue participes facit, communicans nobis immensam gloriæ suæ bona.

OMNIBVS his excellentijs finem imponit extrema eius vilitas, cui illa tribuuntur: dantur enim homini prodigo, qui *l deuorauit substantiam suam cum meretricibus;* factusque est damonis mancipiũ, porcorum custos; imò ipsis porcis despectior: quia cum cuperet *implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, nemo tamen illi dabat.* O altitudo Charitatis Dei, quã te clarè manifestas, dum viles aded abiectosque homines recipis in filios! ô Pater misericordiarum! quas tibi reddemus gratias propter plurimas, quæ in hac sola continentur: qua filios iræ: filios facis gratiæ tuæ! & filios Damonis, filios Dei! visque Pater esse eorum, qui Patrem habebant Sathanam; & pretiosis aded vestibus eos exornas, qui vix laceris induebantur; & saginatis huiusmodi vitulis eis indulges, qui porcorum escas comedere cupiebant: ac denique ad cœlestem hæreditatem eos admittis, qui iam erãt ad inferna condemnati. Agnosce ô Christiane, tuæ vocationis sublimitatem: quate (vt ait Apostolus) *m vocauit DEVS in societatem filii eius IESVS Christus D. N.* ita vt societatem cum ipso habeas in nomine filij, vt possis Deum ipsum vocare Patrem; & in participatione diuitiarum gratiæ; & hæreditatis gloriæ. Quod si culpa tua insigni hac dignitate cares, da quicquid habes viliam obtineas: & si iam habes, etiam da omnia, vt eam conserues: nec te amplius ad serui spiritũ & conditionẽ abijcias, qui, vt sis filius, es vocatus.

§. 11. *Spiritalis* DESPONSATIO.

SED vterius adhuc pergit Vocationis & Iustificationis peccatorum sublimitas & præstantia: ad aliam enim eos extollit dignitatem aded excellam; vt lingua vel in ea proferenda, & cor in cogitanda contrahatur. Quis enim assequi id posset, quòd anima eousque ascendat, vt ipsiusmet Dei Sponsa efficiatur, easque diuitias & ornamenta obtineat, quæ tanti Regis Sponsam decent? ipse tamen ait: *a Sponsa bo te mihi in sempiternum: &*

6.

k Rom 8.

17.

Luk. 15. 30.

Abyssus
misericordia
Dei.

1. Cor. 1.

9.

a Osa. 2. 19.
Tres excellē-
tias de-
sponsatio-
nis

1.
Perpetuita-
tis.

2.
Sanctitatis

3.
Fidelitatis.

b Eze. 16.
8.

c Eccles. 3. 1.
8.

sponsabo te mihi in iustitia, & in iudicio, & in misericordia, & in miserationibus & spon-
sabo te mihi in fide: & scies quia ego Dominus. Ter ait, sponsabo te mihi: ut si-
gnificet tres diuinæ huius desponsationis excellentias. *Primam*, PER-
PETUITATIS, quod ad DEVM attinet: qui nunquam repellit ani-
mam, quam semel in Sponsam accepit: nisi ipsa ab hac desponsatione defi-
ciat: *Secunda* est excellentia SANCTITATIS: non enim carnis sed spiritus
desponsatio est: quæ iustitiæ innititur, & ipsam sponsam iustificans, sanctam
reddit ac puram: & in iudicio sententiam pro ea dicit contra hostes, a qui-
bus tyrannicè captiua tenebatur: *Et in misericordia & miserationibus* ean-
dem replet omni genere bonorum, quæ à sola misericordia & charitate,
eam in sponsam accipientis, proueniunt. *Tertia* excellentia est FIDELI-
TATIS: quia desponsatio ipsa innititur viuæ fidei magnalium, & mise-
ricordiarum eius sponsi; certæque spei, quod ille sit quicquid promisit im-
pleturus. Ex quo talis oritur familiaritas & consuetudo, inter vtrumque ta-
lia amoris dona: ut ipsa experientia intelligat, videat, ac sentiat: me esse
Dominum, qui ardentè ad eam meas diligam Sponsas: & sic velim ac possim
eas exornare, atque ditare.

QVOD si ipsum ad eam suauem ac beneuolum modum cognoscere velis,
quo diuina vocatio hanc perficiat desponsationem: audi, quid idem Domi-
nus ciuitati Ierusalem in huius desponsationis figura dixerit, postquam
plurimas, quas ex se ipsa habebat, miseras, & sanguinem peccatorum, in
quibus cum periculo pereundi iacebat, retulisset: Nam non satis sibi esse
existimans Sponsus, eam ex tanto periculo educere, dixit ei: *b transiui per*
te, & vidi te: & ecce tempus tuum, tempus amantium, & expandi amictum meum
super te, & operui ignominiam tuam: & iuravi tibi; & ingressus sum pactum te-
cum, & facta es mihi. Perpende, mi frater, dulcium illorum verborum arca-
num, ecce *tempus tuum, tempus amantium*, quasi diceret: vidi peruenisse iam
tempus tuum, quod est tempus iucunditatis se mutuo amantium. O tem-
pus felicissimum, in quo DEVS aspicit te, ut vocet: & accedit ad te, ut
iustificet! tempus propterea verè tuum, decretum, & à misericordia di-
uina statutum in remedium tuarum miseriarum; in leuamen tuorum la-
borum: & in quo infinitis bonis sis replenda. *Omnia* (inquit Ecclesiastes)
tempus habent. tempus belli, & tempus pacis; tempus dilectionis, & tempus odii;
tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus. Totum illud tempus,
quo anima tua lethali aliquo peccato infecta iacet, est *tempus belli*: pugnat
enim cum ipso Deo, & tua conscientia: Idemque est *tempus odii*: quia eius
creator illam odit, & omnes operarios iniquitatis. Est denique *tempus lon-*
gè fieri ab amplexibus: quia indigna est studio & fauore sponsi, quo iusti fru-
untur: quando autem audit anima vocacionem diuinam; & gratiam Iusti-

ficatio-

ficationis acceptat; tempora mutantur, & incipit tempus *pactis*, tempus *dilectionis*, & *amplexuum*: inquit enim DEVS pacem cum illa; amat *tanquam filiam*, & *tanquam Sponsam* dulciter ac iucundè amplectitur. Hoc *tempus est amantium*: Vterque enim amans, DEVS & Anima, mutui amoris sibi signa præbent: Illa enim à Deo præuenta, illum incipit ex toto corde diligere; dolens de sua vita malè transacta; DEVS verò nouo amoris genere diligere eam incipit, in Sponsam eam accipiens: ideòque ait, aduenit tempus à mea providentiâ statutum, quo dārem tibi Sponsam, qui te amaret, fauoreque prosequeretur. *Expandi amictum meum super te*, sub mea scilicet protectione te accipiens, meque in tuū amantem, protectorem, verumq; Sponsam offerens. Et vt certa sis ac sēcura, quòd te nunquam deseram, nisi tu prior me deseras, *iuravi tibi per memet ipsū*; & *ingressus sum pactū tecum*, quòd tu te obligasti ad legem meam custodiendam; voluntatem meam implendam, & fidelitatem mihi in rebus omnibus seruandam, nullumque amorē mihi contrarium admittendum: & ego me obstrinxi ad prospiciendum tuis commodis, & fideliter explendum quòd promisi: & *hic facta es mihi*, manesque mea, vera ac legitima Sponsa, fide viua mihi coniuncta; factaque per Charitatem vnus spiritus cum meo. O Rex gloriæ, quid aggredieris? attende, quam accipias in Sponsam, ne à tua nobilitate degeneres. Cur vis *Æthiopiæ* huic turpi & obscenæ coniungi, quæ *Sathanæ* fuit mancipium? cuius Parentes proditores, & ipsa quoque proditrix est? Attende Domine, ne murmurent homines contra te, quemadmodum *d loquebantur contra Moysen propter uxorem eius Æthiopiā*, cui similem tu accipis. O ignis amoris æterni, qui nunquam cessas flammam emittere, vt quantum nos diligas manifestes! o anima mea, si excelsum hoc beneficium agnosceres, quo te Deus insanam accipit! eius quidem es, quia te creauit; & eius es, quia te redemit: sed nunc eius es, quia te accipit in Filiam, Sororem, & Sponsam. Agnosce ergò hanc dignitatem, ad quam te vocat: amplectere illam, gratamque te ei ostende, nec vnquam ab ea degeneres.

SED quis referre poterit bonorū præstantiā, quæ cœlestis hic Sponsus animam tradit, vt digna sit eius Sponsa? Audi, quæ ipsemet Dominus sub iucundissimis similitudinibus refert. *Lauite* (inquit) *aqua* pœnitentiæ & lacrymarū; & *emundauit sanguinem tuum* ex te, tua scilicet peccata; *unxit te oleo* lætitiæ ac deuotionis; & *vestiuit te discoloribus*, varijs scilicet virtutibus; & *calceauit te* *Tribuno* cœlestiū affectuū; & *cinxit te* *byss*, castitati; & *induit te subtilibus*, intelligentiā spiritualium ac subtilium rerū; & *dedit armillas* fortitudinis in manibus tuis, & *torquem circa collū tuam*, demillam scilicet subiectionem legi meæ; & *circulos obedientiæ auribus tuis*, & *coronam decoris* & perseuerantiæ in *capite tuo*; & ornata es spiritualibus diuitijs, donisque Spiritus Sancti,

comedisti

1 Num.

(2.1.)

2.

e Rom. 14.
17.

comediſti ſimilam pretioſi mei corporis, & mel conſolationu diuinarum: ac de omnibus ad tuas delicias, quietemque tuam ſpectantibus tibi proſpexi: & & decora facta es uehementer nimis, & profeciſti in regnum, egregiã dignitatem accepisti: Regis enim ſponſam, Reginam eſſe neceſſe eſt; regnumque eius etiam eſſe debet: ſiquidem inter Sponſos non fit donorum partitiõ: & quod eſt alterius ad alterum quoque ſpectat. e Regnum meum, quod eſt iuſtitia & pax & gaudium in Spiritu S. intra te poſui, vt mecum regnes; meis fruẽs bonis, quæ tua eſſe volo. Gratias tibi Rex cæli liberaliſſime, ob dona viliſſimæ huic terræ creaturæ collata, falices, qui cœleſtem tuam audiunt uocationem, per quam eos ad ſublimem aded dignitatem exaltas?

§. 3. Dignitas DEVM ſecum habendi.

ſiuxta illud
Apoſtoli.
f Rom. 1.5.
Ioan. 14.17.
g 23.

h Deu. 10.9.
i Pſa. 144.1.
o 117.28.
Serm. de
Aſcenſ. Do-
mini.
k Luc. 15. 31.

Homil. de
Paſca &
duobus filiis
come 2.

l Job. 14.

NE CDVM tamen ſiſtit immenſa magni noſtri Dei ac Domini Charitas; ſed, præter dona prædicta Sponſa ſua collata, donum aliud ſupra omne donum addit, ſeipſum ſcilicet. dat enim illi, vt dicebamus, verè ac realiter ipſum fontem viuum charitatis, perſonam ſcilicet Spiritus S. iuxta illud Apoſtoli: *f Charitas Dei diſſuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis; qui cum Patre & Filio venit ad animã, & g manſionem apud eam facit. aded enim dulcis ac beneuolus Sponſus nõ vult a ſua Sponſa abeſſe; ſed ſemper illi aſſiſtere, eam gubernando, & in ſuis omnibus actionibus adiuuando. Et quemadmodum Deus animam accipit in ſua, ita anima Deum accipit in ſua: quia h ipſe Dominus poſſeſſio eius eſt, hæreditas, & totum eius bonum: poteſtque cum Dauid dicere: *i exaltabo te DEVS meus Rex, DEVS eſt meus, & eſt Rex meus. Quod ſi DEVS eſt tuus, (ait Sanct, Cyprianus) quid ampliùs vis? ſi ille poſſeſſio tua eſt, quid quæris ampliùs? nam ſi DEVS eſt tuus, tuum eſt quicquid ille habet: & ipſe tibi dicet: *k omnia mea tua ſunt: virtutes meæ ſunt tuæ; dona mea, diuitiæ meæ, & cæli mei, tui ſunt: in me enim ſolo habes omnia in tuum commodum. Quo itaque altiùs poteſt animæ tuæ dignitas & excellentia aſcendere, quam vt ſit domus Dei viui, habitatio Patris æterni, & Filij eius vnigenæ, templum viuum Spiritus ſancti, & Sponſi cœleſtis thalamus: cum quo arctam amicitiam & continuatam conſuetudinem habere poſſis, triplici nomine & titulo prædictis filiationis, deſponſationis, & quod illum habeas tecum? Hoc (ait S. Chryſoſt.) ſignificare annulũ filio prodigo datum: qui eſt ſignũ deſponſationis, arrhæ nuptiarum, pignusque amiciffimæ conſuetudinis. Quod totum facit Spiritus S. dulci ſuiſſiſſus præſentia; tribuens ſeptem ſua dona, quibus magna conuiuia Filij ſuis & ſponſis exhibet. Nam quemadmodum l ſeptem filij Iob cum tribus ſuis ſororibus faciebant conuiuia per domos, vnusquisque in die ſuo: ita (ait S. Gregorius) ſeptem Spiritus S. dona cum tri-***

bus

bus Theologicis virtutibus eorum fororibus, quotidie exhibent iustis splendida conuiuia, vno dono inuitante reliqua; & vna virtute, ceteras: omnibus exultantibus, & eum, in quo manent, & qui feruenter ipsis vtitur exhilarantibus. vno die conuiuium instruit SAPIENTIA, reficiens spiritum cognitione certa & iucunda rerum æternarum; eumque inclinans & impellens, vt magna voluptate Præcepta diuina exequatur: Alio die conuiuium exhibet donum PIETATIS, excitans teneros valde affectus, dulcesque lacrymas deuotionis erga Deum, & commiserationis ad proximos: Et in eundem modum præparant sua conuiuia Charitas, Obedientia, Patientia, ceteraque virtutes, singula in die suo, ceteras ad suas actiones suauiter exercendas deducendo. Sed quis vnicique certum diem designat? quis virtutes aduocat, vt hæc instruant conuiuia? Hoc ipsemet Spiritus sanctus diuina sua inspiratione facit: ad ipsum enim spectat, dulces huiusmodi affectus excitare, ad animas Sponsas suas recreandas: vt in domo eius in gaudium & letitia inueniatur; gratiarum actio, & vox laudis sonet in ea. Hoc ipsum multò magis efficere solet, cum intrat in animum recens iustificatam, quemadmodum solet solenniùs excipi Princeps in ciuitate, cum eius possessionem primùm ingreditur accepturus. Hoc est supremum donum, quo Sapientia diuina inuitat, vocatque peccatores ad pœnitentiam, dicens: *Conuertimini ad correptionem meam: en proferam vobis spiritum meum.* O Christianæ vocationis sublimitas! ô diuinæ sapientiæ liberalitas quem spiritum hunc esse existimas, qui tibi aded liberaliter offertur! hic est spiritus, qui mundum creauit, o qui ornauit caelos, viuificauit aquas, & p renouauit faciem terra; suaque præsentia q repleuit orbem terrarum. Hic spiritus est, qui procedit à Patre & Filio, veritatis Magister, qui r suggerit omnia, quacunque Christus dixerit; & s vnctio, quæ amanter docet de omnibus; est spiritus æternæ sapientiæ, de quo ipsamet loquitur: quod sit r sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, discretus, incoquinatus; certus, suauis, amans bonum, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, qui cū sit vnicus, est tamen multiplex in effectibus, omnem habens virtutem, & qui capiat omnes spiritus, hic est spiritus, qui mortuos viuificat: solatur tristes, excitat desides, docet u orare & p populare gemitibus inenarrabilibus, corda commutat affectibus stupendis: vt enim ait S. Gregorius: ab omni corde, quod replet, torporem frigoris excutit: & omne cor quod eius gratia tangitur, & mansuetudinis lenitate tranquillum, & zelo iustitiæ accensum facit. Implet namque Citharadum puerum, & Psalmistam facit; ingreditur in pastorem, & efficit Prophetam; ingreditur in puerum, & iudicem senum facit; intrat in piscatorem, & facit prædicatorem; ingreditur in publicanum; & facit Euangelistam; implet persecutorem Christi, & gentium Doctorem facit! ô qualis est artifex iste spiritus! nulla addit-

m Isai. 51. 3.

1. Prou. 1. 23.

Iob. 26. 13.

Psal. 103.

Sapi. 1. 7.

Ioan. 14.

Ioan. 2.

Sapi. 7. 22.

Rom. 8.

Euan. 30.

Euang.

» cendum mora agitur in omne quod voluerit. Mox enim ac tetigerit
 » mentem docet; solumque tetigisse, docuisse est. Nam humanam animam
 » subito vt illustrat, immutat; abnegat hoc repentè, quod erat; exhibet repen-
 » tè quod non erat.

x Ioan. 7.
37.

y Ioan. 4. 1.

lib. 1. de
spirit. S. c.
10.

Lib. 15. Mo-
rali. c. 10.

DENIQUE ad hunc spiritum suscipiendum inuitat Christus Dominus
 Noster omnes peccatores, sitientes & indigentes aqua viua gratiæ ipsius,
 & eius fonte, dicès: *x si quis sitit, veniat ad me, & bibat. de ventre eius fluent flu-
 mina aqua viua. Quæ sunt hæc flumina ex anima proditura? & quis fons, ex
 quo illa intra animam oriuntur? quod si aliunde influent, quia illa ex se ta-
 lia flumina non habet, vnde venient, nisi è cælo per ipsius Domini voca-
 tionem, inuitantis nos ad bibendum ex tali aqua? y qui biberit (inquit) ex a-
 qua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo
 fons aqua saluentis in vitam æternam.* Hic fons (vt explicat S. Ambrosius) est
 Spiritus Sanctus, qui influit continuè conferuatque viua gratiæ aquam; &
 inclinatur ad producenda opera, vitæ æternæ meritoria: vt aqua, quæ descen-
 dit è cælo ascendat in cælum, & origini coniungatur, ex qua profluit. quod
 si iustus sibi ipsi non desit, nunquam deficiet hic fluxus ex parte Spiritus S.
 qui in ipso habitat. Vt autem appareat, quàm sit hic fluxus copiosus, cum vo-
 catit CHRISTVS Dominus *flumina aqua viua*: inlinuans (vt S. Grego-
 rius aduertit) tot esse eius torrentes, quot sunt virtutes gratiæ, ac dona,
 quæ communicat: quorum aquæ animam lauant, & à suis immunditijs pu-
 rificant; extinguunt bonorum desideriorum sitim; cupiditatum ardorem
 temperant; eamque sæcundam reddunt, vt Sanctorum operum fructum
 semper proferat. Hæc summatim de tribus præstantissimis bonis, quæ vo-
 catio diuina peccatoribus offert, quod si oculos haberes, vt eius præstan-
 tia agnosceres: sælicem te iudicares, si illam amplectereris.

CAPVT XI.

TRIA PECCATORVM GENERA CONVERTIT
*mirabiliter Vocatio diuina, reparans vitam charitatis, aut
 etiam spem veniæ, & ipsam fidem quando
 amittitur.*

I.

Apo. 3. 1.
Iacob. 2.
7.

QUEMADMODVM Spiritualis gratiæ vita præcipuè consistit in tri-
 bus h Teologicis virtutibus, FIDE SPE & CHARITATE, quæ sunt
 quasi tres huius vitæ gradus: ita sunt in mundo tres gradus siue
 genera peccatorum mortuorum ob earum absentiam. Alij enim
 Fidem & Spem habent, sed Charitas deest: de quibus Christus D.
 in Apocalypsi dixit: *a quod nomen habeant, quod uiuant, & mortui sunt.* b FIDES
 enim, vt S. Iacobus ait, *si non habeat opera, mortua est in semetipsa*: quamuis in

reliquis

reliquis nomen habeant, & verè Christiani sint. Ac propterea licet illos cadaveri comparare, habenti quidem adhuc nervos, & carnem ac pellem, & ipsam hominis figuram cum reliquis partibus, quas, dum viueret, habebat: quibus tamen omnibus nihil efficere potest ob animæ absentiam, quæ eius actionum principium & causa erat: sic inquam, qui Charitatem non habent, etiam si Fidem & Spem habeant, non possunt opera viua & æterna vitæ meritoria facere.

Alii sunt peccatores adhuc miseres, qui non solum Charitatem: sed Spei quoque virtutem amiserunt, solam Fidem retinentes. Nam (vt ait Sanctus Thomas) etiam si quis non neget, quod fides de peccatorum remissione docet, potest incidere in culpam desperationis; si diffidat, se consecuturum veniam, & misericordiam, quæ alijs peccatoribus conceditur. Et hi comparantur in diuina Scriptura (vt paulò post videbimus) cadaveri, diu iacenti in sepulchro: cuius totam carnem & nervos terra deuorauit, relictis tantummodò ossibus deformibus, & ab inuicem separatis. Nam huiusmodi peccatores ob multitudinem peccatorum, omnem cordis molliem amiserunt, & Spei nervos; iudicantes de se iam actum esse, ac desperatum.

Alii sunt peccatores multò adhuc deteriores, qui etiam Fidem amiserunt, sine qua supernaturalis virtus Spei & Charitatis haberi non potest. Quamobrem Sanctus Thadæus Apostolus illos vocat *carborea autumnales, infructuosas, bis mortuas, & eradicatas*. Primi enim peccatores, sunt tanquam arbores autumnales, quæ fructus suos amiserunt; sed superest illis spes alios producendi. Secundi, sunt tanquam arbores bis mortuæ, eò quod duplicem vitam, Spei & Charitatis amiserunt, sed radices tamen in Ecclesiæ terra habent, fidem adhuc retinentes, quæ radix est vitæ spiritualis: Tertij, tamen, qui etiam fidei iacturam fecerunt; arbores sunt eradicatæ, omninò Christo mortui, & ab Ecclesia separati. Ideoque conferri hi possunt cum illis mortuis, quorum ossa exsiccata omninò sunt, comminuta, & vel in pulueres conuersa, vel igni combusta in cineres sunt redacta. In huius rei figuram & testimonium iussit DEVS, Ezechielem, *d pinguisimum pecus assumere, & carnes eius ab ossibus separatas in olla ponere; ossium vero struem sub illa componere, & comburere: vt sic olla ferueret, & omnia consumerentur.* hoc facto innuens, ciuitatem Ierusalem ad extremum iniquitatis peruenisse; iactura omnium virtutum ita facta, vt nec vestigium earum remaneret: quamobrem eam vltimis supplicij afficiendam, pro merito & grauitate peccatorum. Et hæc vltima est miseria, quam tria hæc peccatorum genera participant. Quem admodum enim homo potest quidem se ipsum occidere, sed non resuscitare: & nisi Dei omnipotentia, vitæ illum reddat, æternum manebit mor-

Charitas
anima.

2.

1. 2. q. 2. c. 1.

Ezech. 32.
Spes carni.

3.

In Epist.
Canon. 12.

Fides offi-
ves.
compara-
ur.

d Ezech.
27. 4.

e Marc. 5.
14.
f Luc. 7. 14
g Ioan. 11.
43.
h Rom. 4.
7.
Ires virtu-
es Theolo-
gica.
Iomil. 10.
I Exch.
40. 6.

tuns: Ita quamuis potuit peccator animam suam occidere, & spiritualem eius vitam modis prædictis destruere; non poterit tamen solis proprijs viribus illam resuscitare, aut vitam eius amissam reparare: nisi eiusdem Dei potentia subsidium ferat, quæ speciali eum vocatione præueniat, excitet, urgeatque ad pœnitentiam. Quemadmodum CHRIS TVS Dominus Noster defunctos resuscitauit, quorum fit mentio in Euangelio, vocans eos; & ita cum eis loquens, atque si viui sint: *e puella enim, & fadolescenti dixit surge; g Lazaro verò dixit: veni foras* cuius verbi virtute omnes illi vitam recuperarunt: Dei enim proprium, ait Apostolus, esse h *vocare ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt*: & cum mortuis colloqui, atque si viuerent: nisi enim ipse loquitur, nunquam ad vitam redibunt: quam efficaci ipsius vocatione recipiunt. Quemadmodum autem tres sunt illi mortui, ita tres efficaces vocationes illis correspondent, quibus reparatur vita Charitatis, aut etiam Spei, aut Fidei, si illam amiserunt. Nemo enim potest ad vitam æternam ingredi, nisi per harum trium virtutum portas, quæ (vt S. Gregorius ait) tribus portis templi, quod vidit Exechiel, significantur, vna *porta erat ad Orientem, & ea est porta Fidei; altera ad Septentrionem, quæ est Spei; tertia ad meridiam, quæ est Charitatis*: diuina autem vocatio introducit vnumquemque peccatorem per portam, in qua est principium vitæ eius, sicut in sequentibus declabitur.

§. 1 Diuina vocatio reparat vitam Charitatis.

PECCATOREM ob vitam amissam Charitatis mortuum solet DEVS diuina sua vocatione resuscitare, vtens operâ Fidei & Spei, quæ adhuc viuunt. Illæ enim de mortui causam apud Deum agunt: Fides credendo quicquid ad eius resurrectionem est necessarium; Spes verò confidendo, le Oracionibus, gemitibus ac reliquis medijs ad id aptis vitam obtenturam: necesse tamen est, diuinam inspirationem has virtutes ad actus suos exercendos excitare. Hoc totum eleganter depictum apparet in Lazari resurrectione, qui cum duabus suis Sororibus Martha & Maria in Bethania habitabat: *adilgebat autem* (ait Sanctus Ioannes) *I E S V S Martaham & Sororem eius Mariam, & Lazarum.* Absente autem ipso Christo agrotauit ac mortuus est Lazarus. de qua re vtraque Soror suum Magistrum monuit: qui, vt remedium afferret, redijt in Bethaniam: cui prima occurrit Martha, quam, circa fidem resurrectionis fratris sui non nihil hærentem, instruxit; & quid credere oporteret, docuit; dicens: *Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet.* moxque vocari iussit sororem Mariam, quæ, *cum venisset, cecidit ad pedes eius*: at I E S V S, vt vidit eam plorantem, commiseratione motus, verbo illo: *Lazare veni foras*, viuentem fratrem ex sepulchro deduxit. Quis non videat ex-

Ioan. 11. 5.

pressum

pressum hic, quod in conscientia luti geritur, per *Bethaniam* significata, quam vocem donum obedientiæ interpretantur, eò quod ad obediendum, Dei que voluntatem explendam in omnibus, quæ ipse statuerit, prompta & parata esse debeat: ad quod præstandum omnes suas operas fideliter ac germane conferunt tres virtutes Theologicae. *FIDES* enim obedit, credendo quod *DEVS* reuelat; *SPES*, sperando quod promittit; *CHARITAS*, implendo quod ille præcipit. Omnes autem sunt Saluatori nostro dilectæ, eò quod sint filiae *DEI*, à sancta eius inspiratione in anima generata: cui in *Bethaniam* venienti fidelia & iucunda exhibent obsequia. Solet tamen ipse, quoad sensibilem deuotionem & fauorem, interdum se subducere, & permittere, vt illa domus aliqua tentatione pulsetur: & tunc aliquando euenit, vt *Charitas* & amor *DEI*, cui tanquam germano fratri reliquarum virtutum familia innititur, langueat, ac tepescat, & in multas leuiiores culpas labatur. Quod si in aliquam lethalem incidat, etiam moritur. Cuius calamitatis non obliuiscuntur *Fides* & *Spes* sorores, quæ superstites fratris sui calamitatem propriam reputant: plurimum enim illis decedit, cum talem socium amittunt. Ideoque ad Christum Seruatorem recurrunt, vt remedium obtineant: quamuis ille commiseratione motus, eò quod solas illas videat ac mæstas, suis inspirationibus eas præuenit, & iterum redit in *Bethaniam*, vt fratrem illis mortuum resuscitet. Primum autem de suo aduentu monet *Fidem*, quam significat *Martha* soror natu maxima: quæ ob extinctam sororem *Charitatem* non nihil est obscurata; eamque exacuens, ad credendum sicut oportet, extimulat; *Fidei* enim viuacitas est *Iustificationis* initium, vt scilicet credat *Martha*, quod ibi *Christus* dixit: *ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit uiuet.* quasi aperte diceret: firmiter tibi credendum est, me esse principium vnicum resurrectionis, & vitæ peccatorum: qui per meam omnipotentiam, quæ sum *DEVS*, & per merita mea, quæ sum homo, poterunt resurgere. Nam licet mortui, sint iam sepulti: hac fide disponi possunt ad vitam *Charitatis*, quam sua culpa amiserant, recipendam. Sed quoniam sola *fides* non satis peccatorem disponit inspirat idem Dominus, vt *Spem* sororem suam, quam *Maria* significat, aduocet: quæ fide certissima procidit ad pedes *Christi*, fratris sui, amoris diuini mortem desilens, & confidens *DEI* Omnipotentia, & misericordia Domini, quod possit, velitque vitam ei restituere. Et quoniam hæ lacrymæ non sunt ancillarum, quæ pænæ alicuius timore funduntur, aut alicuius proprii commodi intuitu; sed lacrymæ sunt verarum sororum, quæ ex affectu amicitia oriuntur: emolliunt cor ipsius *Christi*, vt earum fratri vitam restituat: ad eum modum, quot mater alterius cuiusdam pueri extincti apprehendit pedes *Elisai*, dixitque: se eum non dimissuram, nisi accederet,

*Allegoria
Bethania.*

*Martha
Fides.*

Maria Spes.

b 4. Reg. 4.
27.

& filium suum ad vitam reuocarēt. Et quamuis Elisæus mittere velle *Greez* puerum suum cum baculo suo, ut eum poneret super faciem pueri: noluit illi ipsum Elisæum dimittere, nisi ipse met veniret: existimans nec puerum Elisæi, nec eius baculum sufficere ad id, quod quærebat, obtinendum. Ita inquam, Fides, & Spes, concepto ex diuina inspiratione magno feruore, prociidunt ad pedes Saluatoris, & fortiter comprimunt, miseræ suæ remedium sperantes. Non contenta affectibus timoris pœnarum inferni, aut aliorum peccati suppliciorum: eò quòd soli hi affectus non sufficiant ad vitam extincto reddendam: ideoque suspirant & contendunt, vt amoris affectus consequantur. hi enim *DEVM* ipsum secum adducunt, mortuoque cõiungunt: ex qua coniunctione extinctus fit rediuuius. Id quòd mirifice depictum apparet in facto ipsius Elisæi ad puerum illius mulieris ad vitam reuocandũ: ingressus enim in locum, vbi puer erat, incubuit super eum: posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incurruauit se super eum in formam crucis. Ex quo euenit, vt calefacta fuerit caro pueri, & ille surgens de ambulauit in domo. & uerum incubuit super puerum: & oscitauit puer septies aperuitque oculos, vita perfecta que sanitate recepta, hic inquam, (vt ait S. Bernardus) clarè nobis depingitur modus & ratio, qua noster Saluator dat vitam peccatoribus: accedit enim ad nos per efficacem suam vocationem, qua nos aspiciens, & misericordiæ suæ oculos nostris coniungens; eos ita illustrat, vt nostram miseriam agnoscamus, os suum nostro coniungens, & ad cor nostrum loquens, pacis osculum & reconciliationis offert; inspiratque, vt nostrum os ad veniam de nostris peccatis confidenter petendam aperiamus; manus suas nostris coniungit, efficaci suæ inspirationis tactu nos tangēs, vt imbecilles nostræ manus fortitudinē & spiritũ accipiant, ad efficienda opera ad nostram iustificationem necessaria. His Seruatoris nostri tactibus incipit, qui mortuus erat, aliquem vitæ calorem sentire; Fidesque & Spes feruentia desideria firmaque vitæ emendationis proposita concipere. Sed quoniam moram aliquam in executione trahunt, deambulat Propheta, ipse scilicet Saluator huc illuc in domo defuncti: ad significandum, quàm sollicita conscientia examinatione opus sit, ad peccatorum confessionem faciendam, & eorum occasiones vitandas, radicesque euellendas: de qua re fufius in tertio tractatu agetur. Et mox reuertitur idem Dominus ad eandem oculorum, oris, & manuum suarum cum peccatoris oculis, ore, ac manibus coniunctionem; augens inspirationes & illustrationes suas, vt perfectam peccatorum suorum contritionem habeat, viamque Christi Domini crucifixi imaginem recipiat. cuius virtute septies oscitat, sicut qui ex profundo somno excitatur; & ita spiritum vitæ recipit, hoc est gratiæ & Charitatis cum septem Spiritus S. donis:

Ser. 16. in
Cant.
Elisai figura.

nis:

nis: & tunc ingenti gaudio coniunguntur tres virtutes Theologicae, quae ad tempus fuerant separatae. Et quemadmodum, Lazaro resuscitato, fuit Martha in fide, & Maria in spe sua confirmata: ita, quando Dei amor in Iusto ad vitam redit, fides renouatur, & spes roboratur: omnesque tres in sua Bethania exhibent Saluatori solemnem *cenam*, & conuiuium in gratiarum actionem, ob accepta ab eo, beneficia & singula honori sibi ducunt; vt, quae propria habent, ipsius obsequio consecrent: omnes verò paratas se ipsas offerunt ad obediendum in omnibus, quaecumque iubebit.

c Ioan. 12. 2.

§. 2. *Vocatio spei virtutem reparat.*

PERGAMVS ad secundum genus peccatorum, qui non solum ob Charitatem amissam sunt mortui, sed etiam spem eam recipiendi abiecerunt: hac ratione portam sibi ocludentes ad veniam impetrandam; eò quòd non solum quatuor dies sepulti manserint, sicut Lazarus; sed multis etiam annis, donec ipsa ossa plane aruerint, & ab inuicem sint soluta, quales illi Israelitae erant, qui in captiuitate constituti spem abijcetes ad sua redeundi, dicebant: *aruerunt ossa nostra, & perit spes nostra*: conclamatum est de vita nostra. Quis enim mortuum resuscitet, cuius carnes sunt omnino consumptae, & ossium fabrica tota destructa? & quis vitiorum torrentem detinebit, si desit spes ea impediendi: praecipue cum, quemadmodum aegrotis, de quorum vita est desperatum, permittitur, vt quicquid illis arripet, faciant, & accipiant: ita hi, (vt ait Apostolus) *desperantes, semetipsostradiderunt impudicitiae, in operationem immunditiae omnis*. Nam, cum spes frænium sit vitiorum, calcar verò virtutum: spe abiecta, pereunt omnes virtutes; & agmine facto irruunt omnia vitia. Quamobrè, ait S. Isidorus, culpam quidè esse mortem spiritus; at desperare, idem esse, atque in infernum descendere.

a Ezech. 37. 11.

b Eph. 4. 19
S. Thom. 2.
2. q. 2. a. 3
Lib. 2. de
sum. bon. c.14.
Culpa Mor.
Cesperatio
infernus.

SED quoniam Dei misericordia desperantes istos in hac vita non deserit: audi supernam Vocationem, qua illos vocat & suscitatur, eadem similitudine vsus, in qua illi suam fundant diffidentiam. Constituens enim **DEVS** c Ezechielem Prophetam in medio campi, qui erat plenus ossibus vehemeneer siccis, dixit ad eum: *Fili hominis, putasne viuent ossa ista?* & dixit Domine Deus tu nosti. & dixit Dominus: *Vaticinare de ossibus istis: dices eis: ossa arida, audite verbu Domini. Hac dicit Dominus: Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis. Et dabo super vos nervos, & succrescere faciã super vos carnes, & super extendam in vobis cutem: & dabo vobis spiritum, & viuetis: & scietis, quia ego Dominus. Et cum iuxta verbum Domini Ezechiel Prophetaret, factus est sonitus, & commotio: & accesserunt ossa ad ossa: unumquodque ad uncturam suam; & ecce super ea nervi & carnes ascenderunt: extenta est in eis cutis desuper: sed spiritum non habebant. & dixit Dominus ad eum: Vaticinare, & dices ad spiritum: hac dicit Domi*

c Ezech. 37. 1

nis Deus: a quatuor ventis venit spiritus, & insuspiria super interjectos eos & reuiuiscant. Et ipso prophetante: ingressus est in ea spiritus, & vixerunt, steteruntque super pedes suos, exercitus grandis nimis. Quibus quæso verbis magis proprijs ac mysticis, explicari potuit miseria perditissimorum hominum, diuinæque vocationis vis & efficacia ad eos reparandos: Et quid aliud sunt hi peccatores, quam aridorum humani corporis ossium ab inuicem disiunctorum congeries: quia neque gratia vitam, neque charitatis coniunctionem, aut neruos ad eam reparandam habent. Et quid miser hic mundus, nisi campus d' sepulchorum a foris dealbatorum, intus vero plenorum ossibus mortuorum? quæ omnia sicca sunt vehementer, & nullam virtutem habentia: terra enim affectionum eorum comedit neruos, carnem, & cutem; destruens soliditatem, molliciem, & figuram hominum: eò quod se ipsos bestijs similes reddiderunt: Hi sunt miseri illi, qui dicunt e perit spes nostra: quia non est remedium ad vitam recuperandam. At magnus noster DEVS aliunde ostendit ac proponit huius resurrectionis difficultatem, dicens Propheta: putatne viuent ossa ista? non quero an viuere possint, quia mea omnipotentia nihil est impossibile, quod ego facere velim: solum te interrogo an viuent? quamuis enim, e Voluntas mea non sit mors impu, sed vt conuertatur a viuis suis, & viuat: quando tamen ad tantam miseriam ille peruenit dubitari potest, an ille viuere velit, & ad vitam recipiendam se disponere? sed hoc ipsum, quod peccatoribus ad eò siccis, & induratis est difficile, DEO est facillimum, per gratiam efficacis suæ vocationis, per istos prædicatores illis proposita, & inculcata: quibus ipse mandat, vt ipsius nomine clament ac dicant: ossa arida, audite verbum Domini, nec spem abijcite, vitam recuperandi, si vocem eius auditis, qui vos ad illam inuitat, eamque vobis offert. Attendite quod ille sit omnipotens, ad dandum quicquid vobis deest, gratisque illud offert, si acquiescitis vt recipiatis: & ipsius gratia vos adiuuabit, vt assentianimi. Quo enim imbecillitas & miseria vestra est maior, eò eminebit magis omnipotentia & misericordia eius in ea reparanda. O altitudo diuinæ charitatis! O cælestis inspirationis efficacia! vix DEI verbum ex ore Prophetæ prodierat, cum factus fuit sonitus & commotio venti vehementis, & accesserunt ossa ad ossa, (quæ seiuncta aliàs erant) & unumquodque ad iuncturam suam, neruis colligauit, & carnibus cooperuit, & extenta est in eis cutis de super vt sic apta essent ad spiritum vitæ recipiendum. Quis autem hic est ventus, nisi Spiritus S. inspiratio, quæ venti instar vehementis omnes animæ facultates, quæ per creaturas sparsæ vagabantur, permouet, vt se intus ad cor recipiant, suisque tantis miserijs consulant? Hæc est quæ aperit sepulchra, vt peccatores se ipsos ingrediantur, ad suam miseriam agnoscendam, quam postea in confessione per os eiciant, dicens illis f redite praua-

rica

d Matt. 23
27.

c Ezech. 7. 13

c Ezech. 18. 2

c Esai. 46. 8.

remiores au cor; ingredimini sepulchra, quæ vobiscum circumfertis; aspice vitiorum vestrorum turpitudinem; scandalorum, quæ aliis præbetis factorem; affectionum vestrarum dissolutionem; cognitionum dissipationem; spirituum ariditatem; voluntatum denique duritiem & obstinationem. Date locum fiducia: quia maior est Dei misericordia, quam vestra miseria. Attendite quid vobis suggerat Fides in corde vestro: & quandoquidem illa vobis veniam offert: ne diffidite, vos eam consecuturos. His & similibus considerationibus, quæ lux cælestis suppeditat, incipit ædificium pœnitentiæ, componendo nervos, carnem, & cutem. *Nervi* sunt affectus spei; in quibus omnis fortitudo nostra cõsistit; *caro* est cordis mollietas, quod reiecta duritie lapidis, sensu & lacrymis ob suas culpas emollitur; *Cutis* est efficax vitæ nouæ propositum, quod præterita turpitudinem tegit, gratiæque pulchritudinem renouat. Nam quemadmodum *g Dominus Deus* in mundi exordio *formauit*, deditque Adamo corpus in tota integritate & figura hominis; & statim *inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ*, hoc est animam, qua corpus vitam recepit: Ita statim atque peccatorem, fiduciæ ac doloris actibus prædictis disposuit, ei communicat Spiritum vitæ, hoc est gratiam, & ipsum Spiritum S. cuius præsentia, qui antea in terra iacebat, surgit, & *fiat in suis pedibus*; & tanquam viuens mouere se incipit, & in via diuinorum mandatorum ambulare: & impletur quod dixit Dauid: *h auditu meo dabis gaudium & latitiam; & exultabunt ossa humiliata*: audito enim verbo illo Sacerdotis: *Ego te absoluo*, & interno illo Dei dicentis *i remittuntur tibi peccata tua*: ossa, quæ humiliata & sicca iacebant, gaudent, & exultant, ac flores incipiunt, & opera sancta eructare: idque tanta admiratione, cum suam vident mutationem, vt *k omnia ossa dicant: Domine quis similis est tibi?* quis alius præter te, solo vnico verbo potuisset dispersa aded ossa coniungere, eaque nervis aded fortiter colligare, molli aded carne vestire; & efficere, vt floreat, & fructus aded pulchros producant? Hæc admiranda sunt, quæ efficit *l dextera excelsi* voce suæ inspirationis, in *qua vox est virtutis & magnificentie*, quæ preparat animas, & spiritum è cælo deducit ad eas viuificandas. Nec sine mysterio est, quod a *quatuor ventis*, siue mundi partibus Oriente, Occidente, Septentrione, & Meridie spiritum aduocet. significat enim (quemadmodum Glossa ibi interpretatur) communicari spiritum per Iesu Christi D. N. merita, & per diuinorum eius mysteriorum considerationem; nominatim quatuor insigniorum; Orientis, natiuitatis eius in portu Bethlehemitica; Occidentis, Passionis & mortis eius in monte Caluario; Septentrionis, descensus eius ad inferos, ad eos inde educendos, qui captiui tenebantur; & Meridiei, ascensionis eius super omnes cælos. His quatuor columnis inniti debet tua fiducia. Quamuis enim videaris

Nervus,
Caro,
Cutis peccatoris.
g Gen. 2. 7
4. Esdr. 3. 5.

h Ps. 50. 10.

i Luc. 7. 43.

k Ps. 34. 10.

l Psal. 76. 11
m Ps. 67. 34

4. Plaga mundi.

tibi esse os ficcum non desperabis de remedio, si confideres, DEVM tua causa factum infantem tenerum; talem mortem passum; ad infernum, vt illum spoliaret, descendisse; ac de numm ascendisse, vt cæli tibi portas aperiret.

§. 3. *Diuina Vocatio Fidem reparat.*

VLTERIVS adhuc progreditur diuinæ Vocationis efficacia erga tertium genus peccatorum, qui etiam, Fidem amiserunt: ideoque tanquam cadaver manent, in puluerem & cinerem conuersum. & hi sunt *a Iob. 14. 7.* Hæretici, alijque similes: de quibus illud S. Iob dicere possumus: *a lignum habet spem: si praeisum fuerit, rursus virebit, & rami eius pullulant, si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius, ad odorem aqua germi- nabit, & faciet comam quasi cum primum plantatum est. Homo vero, cum mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus, ubi quæso est? & quomodo talis ad vitam reuerti poterit? Quod si lethali culpa sit mortuus, & omnibus virtutibus spoliatus, & omnino cõsumptus: quomodo is poterit resurgere, & amissam vitam recuperare? Sed hoc ipsum, quod est ad eò ab humana facultate remotionem: diuinæ est facillimum. Nam quemadmodum nos fides docet, in die nouissimo, Archangeli vocem & tubam in virtute DEI resuscitaturam omnes mortuos, etiam in pulueres cõuersos: ex quibus ossa, carnem, & cutem educet, corpusque formabit, in quod rursus anima redeat: sic DEI Vocationem, quæ instar vocis ac tubæ sonitus sonat, terretque peccatores: potentem esse, ac sufficere, ad illos resuscitandos; & ex puluere, in quem sunt conuersi, educendos: largiendo illis denud Fidem, Spem & Charitatem.*

b Isa. 26. 19. HÆC sublimis illa vocatio est: qua DEI maiestas, vt ait Isaias, suos mortuos vocat, vt resurgant, dicens: *b expropheta dicit: & laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis, ros tuus, atque si mylticè dixerit: ô miseri peccatores, qui ad profundum omnium miseriarum peruenistis: nolite de remedio vestri desperare, nec de vobis actum esse existimare. Mihi enim æquè facile est in pulueres iam conuersum resuscitare, atque dormientem excitare. Excitami itaque, & ad vitam nouam resurgite, vt infinitam meam misericordiam lauderis; immensam e charitatem magnificetis; ac glorificetis omnipotentiam. Si estis ficci, effundam super vos gratiæ meæ rorem: qui ficcam arborem reuivescere faciet, vt crescat proferatque fructus benedictionis: sicut in principio. si in tenebris estis errorum, ros meus est ros lucis; qui vos lumine Fidei, & Spiritus S. splendoribus illustrabit: vestrasque deceptiones dissipabit. Quare excitami, resurgite, tantumque vestrum benefactorem laudate: vestra enim conuersio, est mea lætitia, & vestra resurrectio, mea gloria: cuius, causa non est voluntatis meæ mors impu: sed vt conuertatur à vitis suis, & vinat.*

c Eze. 18. 23.

CAPVT XII.

EXTERNAE MEDIA, PER QVAE PECCATORUM Vocatio & Conuersio dirigitur: nominatim per
Conciones pios libros, & Exempla
bona.



RCANORVM, quæ diuina Sapiencia sibi soli reserua-
uit vnum & quidem admodum insigne est, de vijs medijs-
que externis, quæ ipse ad peccatores vocandos & conuer-
tendos adhibet: ita vt nullus aut hominum, aut Angelo-
rum possit ea assequi, quemadmodum ipse Dominus Sancto
Iob insinuauit: a *Indica mihi, si nosti: per quam viam*

spargitur lux, diuiditur æstus super terram? quod idem est (vt S. Gregorius in-
terpretatur) atque si dixisset: *nostine tu media, quibus ego vtor ad com-
municandam cœlestium mearum illustrationum lucem, & accensarum in-
spirationum æstum & ardorem, quibus obtenebratos intellectus illumino,
& congelata corda accendo?* Hoc solus ego nosse possum: quia à sola mea
voluntate depēdet, quia, vbi volo, inspiro; & per eas vias & media, quæ ipse
eligo. Hæc media, etsi multa sint, ad octo tamen præcipuè reduci possunt.
Ad *Conciones scilicet, Libros pios, Exempla bona, Prosperitates, Aduersitates,
Orationes, Sanctorum Intercessiones, & Misericordia opera:* de qui-
bus hoc ipso ordine disseremus. Quibus omnibus est præmittendum,
eorundem mediolorum directionem & efficacitatem, originem suam
indeducere, quod DEVS beneuolis suis oculis peccatores aspi-
ciat: de quibus b *oculis* ait Sanctus Ioannes, quòd sint *tanquam flamma
ignis.*

DEVM ergò aspiciat, radios ex eis mittit lucis & amoris quibus corda
illustrat & accendit. Quamuis autem præcipuè suos oculos in Iu-
stos conijciat: eosdem tamen etiam ad aliquos peccatores conuertit, nisi
enim benignis oculis peccatores respiceret, nulli essent iusti. Aspiciens
ergò eos ex *caelo cœlesti*, adeo potens est, vt dixerit Salomò illun-
dissipare omne malum in vultu suo; omne verò bonum afferre. Quid enim
miseræ Ierusalem ciuitati euenisset, cum esset in extrema miseria, de qua
supradiximus, constituta: nisi Dominus benignis huius oculis illam aspe-
xisset: *d transiens, inquit, per te vidi te;* quasi diceret: semper quidem te aspi-
cio: quia nec mei oculi vnquã clauduntur; nec res creatæ possunt mihi occul-
tari: sed tunc *vidi te* & aspexi te oculis cõmiserationis, & ideo statui, te ex tor-
mentiis eripere. Ihs oculis vidit pi^o e *Samaritan^o cū, qui incidit in latrones;* ad
quem

1 Iob. 38. 24.
Lib. 29.
Moral. c. 12.

3 Media
externa.

1 Apoc. 1.
c. 19.

Oculi Dei.

c Pro. 26. 3.

Cap. 10. §. 2
d Exech 10
o. 8.

c Luc 10. 33.

quem *approbans*, cum in promptu haberet vittas, vinum & oleum, *vulnera* eius *vino* lauit, *oleo* vixit, vittis verò *alligavit*. His remediis insinuans terrenam oculorum suorum constitutionem: ex qua procedit vinum Zeli, oleum misericordiae, & vittae charitatis.

Sed quid dicam de ipsius Saluatoris oculis, cum in hoc mūdo perambulabat? priusquam hanc miseriam repararet, dicitur de illo, quod singulari quodam modo respiceret, quod indicium erat principiumque remedij. **f** *V*IDIT *hominem* *sedentem* *intelomo* *Matthaeum* *nomine*, & *ait* *illi*: *sequere* *me*; & *cum* **g** *V*IDISSET *hominem* *infirmum* *ad* *probaticam* *piscinam*, *dixit* *ei*: *vis* *sanus* *feri*; & illum restituit sanitati. *praeteriens* etiam singulari attentione, **h** *V*IDIT *hominem* *cacum* *a* *natiuitate*, *fecit* *que* *lutum* *ex* *sputo*, & *liniuit* *oculos* *eius*, vt videret. Et quid Petro euenisset, nisi, post trinam negatione, *i* *conuersus* *Dominus* *eum* **R**ESPEXISSET? incidisset procul dubio, in desperationem sicut Iudas; nisi diuina misericordia benignissimis oculis eum respiciens subuenisset. Dorsum quasi verterat Christus Petro, dum ab eo negaretur, quatenus eius negationes non probabat: sed vix ille negauerat, quando *conuersus* *Dominus*, benignis suis oculis illum **R**ESPEXIT: ex quibus tales lucis, diuini que amoris flammae prodierunt, vt durum Petri cor emolliuerint, & ex eiusdem oculis duos lacrymarum copiosissimarum & amarum fontes eduxit, quibus culparum suarum maculas abluuit. O aspectum benignissimum! o intuitum efficacissimum! cantat primum Gallus, nec tamen excitatur Petrus; cantat secundò, nec suum periculum aduertit; Ter Magistrum suum negauit, nec eius monitionis recordatur. Sed mox atque ipse Dominus illum respexit, excitatur, attendit, exitque ex occasione periculi, suumque peccatum amare flet. quemadmodum enim visio fit in instanti: ita **k** *facile* *est* (*ait* *Ecclesiasticus*) *in* *oculis* *DEI* *S*VBITO *honestare* *pauperem*; ac remedium afferri peccatori, quem ipse aspicit efficiendo, vt galli ipsum excitantis voci attendat.

§. 1. *Vocatio Diuina ex Concionum auditione.*

INCIPIAMVS itaque primum externum vocationis medium, quod galli huius cantus significat, qui (teste S. Gregorio) est vox concianatoris Evangelici: de quo Deus dixit Sancto Iob: *a* *quis* *dedit* *gallo* *intelligenti* *a*? eumque docuit, quoties in media nocte sit cantandum ad excitandos dormientes? **b** *Dominus* *enim* *solus* (*ait* *Dauid*) *dat* *verbum* *Euangelizantibus*, *virtute* *multa*: *voci* *que* *sue* *vocem* *virtutis*; vt Concionatores vocent, excitentque eos, qui in suis peccatis iacent & stertunt. Quamuis autem interdum eos vocet verbis improborum Ministrorum; aperiatque eis oculos, quemadmodum *c* *aperuit* *oculos* *Balaam*, loquere illi *Angeloper* *os* *asinae*, *cui* *Balaam*

infide-

f Matt 9.9

g Ioan. 5. 6.

h Ioan. 9. 1.

i Luc. 22. 61.

k Eccl. 11. 23

Lib 30. Mo-

ral. 6. 11.

a Iob. 38. 36

b Psalm. 67.

12. 35.

c Num. 22.

1.

insidebat: vt plurimum tamen id efficit per eos Prædicatores, qui suã prædicationi vitam exemplarem, feruentemque orationem adiungunt: quorum d. *verbum* (vt ait Apostolus) *non est verbum hominis, sed verè verbum Dei, & e Spiritus sancti virtus* per eorum linguam loquentis: ac proinde, (vt ipse Dominus ait per Ieremiam) *f. verba Dei sunt quasi ignis, & quasi malleus conterens petram*: emolliunt enim indurata corda; talibusque ictibus & internis sensibus ita calant ac dolant, vt gratiã diuinã imaginem, virtutesque recipiant. Quod manifestè apparuit in die ipso Pentecostes: cum essent g. *in Ierusalem viri ex omni natione, quæ sub celo est*: qui audientes S. Petri concionem, compuncti sunt corde, igne in eorum cordibus accenso. Quamuis enim plurimi, qui S. Petrum audiebant, interfuissent Christi Domini Passionis, fuissentque petris duriores: (siquidem h. *ille scissa sunt*; ipsi verò nihil propter eã fuerunt mutati) tunc tamen malleo concionis Petri contriti & commutati sunt, seseque Petri consilio subiecerunt. Eodem verò spectat, quòd quemadmodum i. *factus repente de celo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis*, quo Spiritus S. illo die venit; *multitudo habitantium in Ierusalem* ad eò contremuit, ac *mente confusa est*, vt illos cõegerit ad locum ire, in quo Apostoli erant, quorum prædicatione plurimi fuerunt conuersi: ita vox & Spiritus S. inspiratio, hoc sono significata, facit, peccatores repente tremere; impellitque ad audiendas conciones se conferre, vbi laqueos ipse dispositos, ac paratos, ad ipsos capiendos habet. Quemadmodum etiam k. *mulierem Samaritanam* sua inspiratione permouit, vt ad fontem veniret haurire aquam, vbi illam ipse Saluator expectabat: qui incundis suis verbis eam ex malo suo statu eduxit: & aliàs ipsis Concionatoribus inspirat, vt ad talem locum talesque personas se conferant, ad concionandum: quorum verbis tanquam instrumentis velit ipse vti, ad eas reuocãdas: præmittens eos tanquam suos prodromos, qui hospitium secuturo ipsi præparent, iuxta illud Dauidis: *Iter facite ei, qui ascendit super occasum*: Tunc (ait S. Gregorius) Dominus ascendit super occasum, cum ingredi cupit in animam, in tenebris ignorantia & culpæ iacentem, ad quod, iter aperiunt verba Concionatorum, quæ per Auditorum aures ingredientia, in virtute ipsius Domini, corda disponunt, vt Spiritus S. hospitio in eis excipiatur.

Hinc Sathanae rabies exorta, ad hoc iter ocludendum, tria magna adhibet impedimenta, ne hoc medium executioni mandetur. Interdum enim dat operam, ne ipsi Concionatores (quemadmodum ait Ieremias) *m. loquantur sermonem Dei verè*; sed verba sua, quæ nõ sunt ignis, sed ventus; non malleus conterens petram & corda, sed verè *somnia sua, ac deliria*: quæ illos inanes yacuosque relinquunt. Nonnunquã verò conatur, Auditores auertere à Concionatoribus zelosis, & vt (quemadmodum ait Apostolus)

d. 1. Thes. 2.
13.

c. Cor. 24.

13.

f. Ierem. 23

19.

g. Act. 2.5.

3.7

S. Petri

concio.

h. Matt. 27.

51.

i. Act. 2.2.6.

k. Ioan. 4.7.

l. Psal. 67.5

Homil. 27

in Euang.

Tria impe-

dimenta

Concionũ.

m. Ier. 23.

28.

n 2 Cor.

7.3.

o Psal. 57.5

p Isai. 6.10

q Ioan. 3.

47.

r Ezech. 3.8.

Lib. 6.

Moral. 4.5.

s Isai. 11.8.

n ad sua desideria coaceruent sibi Magistros praeerentes auribus: non inculcantes solidas veritates, à quibus auditum suum auerunt: sed iocis & fabulis, ipsos recreantes, quas ipsi libentius audiunt: Aut, si hoc non potest obtinere, efficit (quemadmodum ait Dauid) vt o sicut aspidēs serda obturent aures suas, ne verbis Dei attendant: aut tantum ex curiositate, & ad tempus fallendum, ea audiant, ita vt de illis dixisse videatur Isaias: p excaca cor populi huius; & aures eius aggraua; & oculos eius claude, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur. Id quod solet esse reprobationis signum: q qui enim ex Deo non est, horret verba Dei audire, & subtrahit se, ne illa audiat. Quemadmodum infelices Hebraei, qui se intra ipsum templum absconderunt, vt sua Idola colerent; ocludentes ipsum aditum pariete exstructo, ne quis ingrederetur, & eos videret. Sed quauis tanta diligentia parietem exstraxerunt, remansit tamen r foramen vnum in pariete, iussitque Deus Prophetam Ezechielem fodere parietem, & ingredi, vt abominaciones pessimas, quas illi intus faciebant, videret. quia nunquam Deus deserit omnino in hac vita huiusmodi peccatores: potius Concionatoribus & Confessarijs inspirat, vt eos etiam in suis angulis latentes quarant, eorumque scelera in lucem proferant, vt reparent: fodientes, vt ait S. Gregorius, per syndarefis siue conscientiae foramen; quod, etsi reliqua ocludantur, semper patet: ideoque semper superest ratio aliqua eos videndi, alloquendi, ac de malo quod faciunt, ac periculo in quo versantur, monendi, & inuitandi ad miserrimam speciem, & obscuritatem, in qua haerent, deserendam. Sed quoniam eorum durities magna est, horrendos ictus oportet adhibere, minarum, efficacium rationum, ac reprehensionum; ad eos emolliendos, & conscientiarum foramina dilatanda: persuadendo illis, vt aperire ea velint, ac manifestare; gratumque habeant, ea cognosci, vt curationem recipiant. Nec abijciant animum ipsi Concionatores: nam, quemadmodum per Isaiam promittit Dominus, verbo Dei poterunt s manum suam mittere per foramen aspidis, & cauernam reguli: & inde eos extrahere, conuertendo peccatores, per haec animalia significatos.

§. 2. Sacrorum piorumque librorum lectio.

Sed quoniam non semper est commoditas audiendi conciones, constituit prouidentia diuina secundum medium ad conuertendos peccatores, Sacros scilicet libros: in quibus scripta sunt verba, quae Deus ipse per os filij sui Iesv Christi D. N. aut per suos Prophetas, Apostolos, aut Euangelistas est locutus; libros item spirituales & pios à viris Sanctis & Spiritus Magistris conscriptos, qui oēs instar sunt concionatorum, verba & sententias, quas continent, proferentium; quas ipse Deus Sanctis suis inspirationibus ad cor loquitur. Nam teste S. Augustino: cum oramus, cum Deo lo-

qui-

quimur: sed cum legimus, DEVS loquitur nobileum. Nominatio verò diuina Scriptura (vt ait S. Gregorius) est tanquam Epistola quadam à Deo nobis missa; qua, quid in obsequium suū à nobis fieri velit, significat. Imò dicere licet: totam ipsam Scripturam sacram esse tanquam septem Epistolas à Christo D. N. in Apocalypsi missas, septē Asiæ Episcopis & Ecclesijs, quæ septem hominum genera in Ecclesia existentium repræsentant. Quibus significat illis, quid facere eos oporteat ad salutem cōsequendam. *Debitantes* in fide monet, vt firmi sint, ac constantes; eos, qui *charitatem amiserunt*, vt pœnitentiam agant; & eam reparent; *tepidos*, vt feruescant; *desperantes* siue diffidentes, vt confidant; *tentatos*, vt resistant; eos, qui *persecutionem patiuntur*, vt eas tolerant; *Iustos*, vt crescant, ac perficiantur; *perfectos* verò, vt & ipsi perseuerent, & alios ad id permouere studeant. Et eam ob causam vitia reprehendit, & virtutes extollit; supplicia peccatoribus minatur, & ingentia præmia iustis promittit: omnibus verò cetera promittit auxilia. quæ omnia varijs exemplis & euentibus confirmat, multasque rationes atque motiua adducit efficacissima.

EXAMINA igitur, ad quodnam horum septem generum tua conscientia pertineat; & ad Sacrorū librorum lectionem cum animi demissione accede: ibi enim inuenies Dei Epistolā, qua ille tecum de tuo remedio loquitur. Et propterea idem S. Gregorius ait verbum Dei esse sicut manna, a *habens in se omne delectamentum, & omnis saporis suauitatem*: ed quòd ad legentū, vel audientū necessitates sese accomodat, cuiuscunq; illi sunt conscientiæ. *Nutantibus* enim fortitudinem largitur; *peccatoribus* pœnitentiā; *feruorē tepidis*; *pusillanimitibus* fiduciam; *tentatis* fortitudinē; *persecutionem patientibus* tolerantiam; *Iustis* perfectionē, *perfectis* verò perseuerantiam. Quod si in peccato aliquo sis, ac desideras illud deponere, librum accipias: DEVS per illū te vocabit; & ita illustrabit, vt omninò conuertaris. Quemadmodū euenit S. Augustino: cuius conuersio tandē perfecta fuit ab vna voce dicente ipsi: ACCIPE & LEGE. accipiens verò ipse S. Pauli Epistolas legit illa Apostoli verba: *non in cubilibus & impudicitis, non in contentione & emulatione: sed induimini Dominum nostrum I. C. & carnis curam ne feceritis in desideriis*. quæ cum legisset; ita radius quidam lucis cor eius penetrauit, vt totū mutaret: quemadmodū etiam euenit S. Antonio, audienti legi quēdam locum Euangelij: cuius verba tanquam sibi soli dicta, accepit. Quod si per te ipsum, quod leges, intelligere nō possis: prospiciet DEVS de aliquo interprete, qui tibi subueniat. quemadmodum euenit Quæstori c *Candacis Regina Ethiopum*: qui dum curru veheretur, legebat Isaiam Prophetam, nec intelligebat: sed Spiritus S. dixit Philippo, vt accedens ad eum, sententiam Isaiæ, quam ille legebat, declararet. ex qua declaratione ille conuersus & baptizatus est.

In Psal. 65.

Libr. 4. Epi-
stol. 40.7. Genera
hominum.Lib. 6. Mor.
c. 9.
a Sap. 16.
20.Lib. 8. Con-
fess. c. 12.b Rom. 13.
13.c Act. 8. 26.
25.

SEP

Ducis spiritus
Tract. 1. c. 2
Vite San-
ctorum.
Libr. 8.
Confess. c. 8.

SED quoniam de spirituali hac lectione fusius in alio loco egimus, finem hic faciam, si tantum addidero, quod libri pij tunc nominatim sint diuina vocationis media, cum referunt vitas Sanctorum: quorum exempla solent esse valde efficacia, ad conuertendos peccatores, & stupendam vitæ illorum mutationem: quemadmodum Magni Antonij vita à S. Athanasio scripta effecit. ex cuius lectione occasionem sumpsit S. Augustinus ad præclaram illam sententiam proferendam; *surgunt indocti & cælum rapiunt: & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce vbi voluimus in carne & sanguine.* simile initium habuit stupenda B. Patris nostri Ignatij conuersio, cuius cor DEVS mirabiliter commutauit, cum Sanctorum vitas legeret, quemadmodum etiam alij sunt murati, eius vitam legentes

§. 3. *Exempla bona & cum Iustis consuetudo.*

EX hoc Sacrorum librorum medio pergere possumus ad tertium diuina vocationis medium, ad conuertendos peccatores: feruentia scilicet Iustorum ac piorum, cum quibus illi versantur, exempla. Illorum enim opera, etiam si linguam non habeant, sunt tamen Prædicatores, Lectiones viuæ, certaque ac firma instar prodigiorum testimonia, confirmantia ea quæ Fides docet; cordaque vehementer permouentia eorum, qui illa cernunt: vt sequantur & imitentur eos, qui talia faciunt. Quid enim existimas bonum latronem in cruce pendentem excitasse; & vt conuerteretur, permouisse, nisi excellentem illam & exemplarem Christi D. Sanctitatem, cum quo simul erat crucifixus? videns enim heroicam eius patientiam, & charitatem: credidit, illum esse verum Deum, quemadmodum ipse dicebat: & hac fide permotus dixit: *a Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Et in primæua, Ecclesia exemplares Christianorum vitæ, qui (vt ait Apostolus) *b in medio nationis prauæ & peruersæ lucebant sicut luminaria in mundo,* in tantam gentes admirationem rapiabant, vt illas permutarent, & ad sequendas pertraherent. Quam ob causam idem Apostolus suadebat *c mulieri Christianæ haberi virum infidelem & consentientem habitare cum illa absque detrimento religionis; ne illum dimitteret: vnde enim scis (inquit) mulier, si virum saluum facies tantum enim valet vita & conuersatio Sancta, vt sanctificari possit vir infidelis per mulierem fidelem.* Quemadmodum S. Cæcilia suum Sponsum Valerianum conuertit, & S. Monica inuictâ suâ patientiâ, ita mariti infidelis feritatem permutauit, vt Christianus fieret. & eandem ob causam suadet Apostolus marito fideli, ne dimittat infidelem vxorem; sed speret in Deo, quod sit eam per bonam suam vitam conuersurus. quemadmodum S. Chrysanthus S. Dariam vxorem suam conuertit. Et fortè ad conuersionem RUTH nostrâ non parum adiuuit mariti religio, cui

Latro Christi
sui exemplo
conuersus.

a Luc. 22. 42

b Phil. 2. 35.

c 1. Cor. 7. 13

cui illa nupserat. Et vniuersim (quemadmodum S. Basilius perpendit) nullum Rhetoricæ Orationis genus excogitari potest efficacius, ad voracem aliquem & luxuriosum conuertendum, quàm si viro alicui temperato, & casto familiaritate coniugatur. is enim casta sua vita ac moderata credibiles reddit rationes, quibus castitas & temperantia suadetur: ostenduntque ad oculum, non esse impossibile, virtutem consequi, quam ille tanta facilitate ac suauitate exercet. Idem suadet Sanctus Ambrosius, nam iuxta Spiritus Sancti regulam, *d qui cum sapientibus graditur, sapiens erit;* & qui cum castis versatur, erit castus; qui cum humilibus, humilis, & qui cum iustis, tandem euadet iustus: Deo per id medium eum adiuuante.

Hinc licet animaduertere varia diuinæ prouidentia consilia ac dispositiones in coniungendis & associandis bonis cum malis, ad hos conuertendos; suosque prædestinatos, qui sunt per orbem sparsi in gregem vnum deducendos. Nonnunquam enim ita disponit, vt aliqui infideles ex occasione aliqua ad regionem Catholicorum veniant: ex quorum consuetudine, bonoque exemplo conuertantur. Quemadmodum Dux ille e *Achior, vinculus deductus in Bethuliam, f videns postea virtutem quam fecit DEVS Israel per castam Iudith, credidit Deo; & circūcidens carnem præputii sui, appositus est ad populum Israel: & similiter g Naaman princeps militia Regis Syria, veniens in Samariam, vt à lepra corporis per Elysam Prophetam curaretur, eadem operâ abanime lepra curatus est.* Et nostris his diebus primus in Iapone Christianus factus fuit eâ occasione, quòd hominem occidisset, & fugiens iustitiam illius regionis, illum ad supplicium quærentem, incidit in B. P. Franciscum Xauerium nostræ Societatis, ex cuius consuetudine, vitæque exemplori ad Christum conuersus, suæ Nationis conuersioni dedit initium.

INTERDVM verò e contra diuinæ prouidentia decreuit, per fidelium incommoda infideles conuertere, & per aliquam bonorum calamitatem improbos reuocare. ideoque permittit fideles captiuari ab infidelibus, aut in exilium ad eos mitti, aut aliqua violenta occasione apud eos peregrinari: quibus DEVS tanquam instrumentis vtitur ad illorum conuersionem. Et hunc præcipuè scopum & finem intendit D. N. in peregrinatione Elimelech Noëmi, & filiorum in regionem Moab: vt sic RUTH conuerteretur quæ allecta suauis suæ soceris consuetudine, & rationibus, quibus illa vsa fuerat ad ostendendam præstantiam legis, quam ipsa profitebatur, affecta & inclinata fuit, ad eam, suâ desertâ, amplectendam. Et eadem fuit causa, cur inter reliquos populi Israel, qui captiui ducebantur, etiam essent insignes aliqui ac Sancti viri, & Prophetae, quorum operâ multi gentiles, veri Dei cognitionem & cultum amplectebantur. Id quod

Reg. 37. ex
fugisExempla
demonstratâ.d Lib. 2.
offici. 20.
d Prou. 13.
20.Mali inter
bonosc Iudith. 6. 7.
f Cap. 14. 6.g 4. Reg. 5.
15.Boni inter
malos.

Lib. 27. Moral. c. 8.
Et S. Thom. 1. p. q. 113. a. 8. h. Danie. 10. 13.

14. Reg. 5. 2.

Lib. 10. hist. c. 5.

euenit (vt ait Sanctus Gregorius) cum h *Princeps* Angelus custos regni *Persarum* impediabat liberationem populi Hebraei, tunc illic captiui; ob spiritualia commoda, quæ Persis ex illa captiuitate obueniebant; cum alter Angelus eam liberationem vrgeret. Et in primæua Ecclesia permittit *DEVS*, discipulos suos, virosque alios Sanctos in exilium mitti ad gentes barbaras; aut præ timore persecutionum, ipsoismet fugere in remotissimas regiones, vt ibi essent ipsius instrumenta, ad conuersionem peccatorum. Et vt clarius appareat, nullam rem aded esse paruam, quæ huiusmodi Dei dispositionibus non subseruiat: *puella paruula, quam latrunculi de Syria egressi captiuam duxerant de terra Israel, quæ erat in obsequio uxoris Naaman*, illa inquam puella initium dedit conuersioni Domini sui; cum prodigia referret, quæ Propheta Elisæus faciebat in Samaria, & prouincia Hiberniæ, teste Eusebio, conuersa est ex occasione pauperculæ captiue: eò quod barbarus ille populus eius vitæ sanctitatem, & miracula, quæ *DEVS* per illam faciebat, admiraretur.

SED quoniam de hoc ipso medio fusiùs agetur inferiùs, finem hic faciam, hoc addens: vt, qui conuersionem & vitæ mutationem alicuius peccatoris desiderat, suadeat illi, *Concionibus* interesse feruentium Concionatorum; *libros pios* legere, & sese pijs & *Iustis uiris* coniungere. Nam quemadmodum hæc tria media expugnarunt, ac vicerunt Sancti Augustini cor; ita efficient, vt cuiusque alterius cor sese dedat, si eisdem fuerit vsus.

CAPVT XIII.

*DEVS DOMINVS NOSTER PECCATORES
tum prosperitatibus ac beneficijs, tum aduersitatibus
& supplicijs vocat.*

QVAMVIS occulta valdè nobis sint externa diuinæ vocationis media, nulla tamen minus nobis innotescunt, quam huius vitæ prospera & aduersa. Quotidiè enim videmus, occultis Dei iudicijs, aduersitates in causa esse, cur multi in peccata labantur; & prosperitates esse media, cur alij conuertantur: cum in alijs contra prosperitates occasionem præbeant, cur diuinæ vocationi resistatur, aduersitates verò, cur eadem audiatur, & qui huiusmodi pulsu tangitur, conuertatur. ac proinde in aliquibus censentur aduersitates esse in pœnam à Deo; prosperitates verò in beneuolentiâ &

fauo-

fauorem; in alijs contra, aduersitates sunt fauores; prosperitates verò pœnæ & supplicia. Ex quo etiam apparet, occultissimas esse vias, per quas Dominus Noster varios huiusmodi euentus disponit: ad eò vt etiam de huiusmodi vijs intelligi possit Dei interrogatio, qua à S. Iob quaesuit: *a indica mihi, si nosti, per quam viam spargatur lux prosperitatum*, quas ego hominibus mitto; & qua *diuidatur æstus aduersitatum*, quibus ego illos premo: hoc enim sapientiæ meæ soli relinquitur; meaque occultâ prouidentia contrarias has sortes inter bonos & malos distribuo: nunc vt Iustitiæ; nunc vt Misericordiæ dem locum. vt qui in meis operibus iustus sum & misericors: quamuis præcipuus meus scopus non ad damnationem, sed in salutem hominum tendat: nec aduersitates, aut prosperitates mitto, vt ipsi peccent, ac damnentur; sed vt mihi seruientes salui fiant. Ex libero itaque illorum arbitrio solo malus harum rerum vsus oritur, & illorum perditio: à mea verò gratia præcipue prouenit bonus earundem vsus, vt finem, ad quem eas dirigo, consequantur.

§. 1. *Vocatio per beneficia.*

PRIMUM quoniam DEVS Dominus Noster eò magis propendet, vt via potius amoris quam timoris, ad suum nos obsequium deducat: id eò quod in ipso est, per prosperitates & beneficia, quæ cor allidunt; quam per aduersitates & pœnas, quæ illud terrent, vocare nos, & ad se attrahere mallet: quemadmodum ipsemet per Oseam Prophetam clarè satis ostendit, dicens: *a quando puer erat Israel dilexi eum, & ex Egypto vocavi hunc Filium meum*: in nomine meo *vocauerunt eos Moyses & Aaron*, sed *mox abierunt à facie eorum: Baalim immolabant, & simulacris sacrificabant. Et ego quasi nutricius Ephraim portabam eum in brachijs meis, & nesciit quod curarem eum à vitijs suis. In funiculis Adam traham eos, in vinculis Charitatis: & ero eis quasi exaltans: & auferens iugum*, quod habebant *super maxillas suas: & declinatio*; ac me ipsum dimittam, vt porrigam, quo *vescetur*. quibus dulcioribus verbis potuit peccatoris vocatio explicari: quem DEVS Dominus Noster tanquam Filium tractare cupit: quamuis ipse, vt potè rudis & ignarus, id non agnoscens, verum Deum adorare prætermittat: suisque factis creaturas, quas amore nimio prosequitur, tanquam idola colat: est tamen cælestis huius Patris ad eò immensa charitas, vt non cesseret beneficia in eum plura conferre, vt à peccatis eripiat. O vtinam oculos, & aures animæ tuæ aperires, vt quæ DEVS erga te facit, videres; & quæ per tot beneficia loquitur, audires! intendit enim magnus hic DEVS, te à tyrannide Pharaonis, hoc est Dæmonis, & à captiuitate Aegypti, hoc est peccati eripere: id eò tū suis inspirationibus, tū per Moysen & Aaron Prælatos scilicet, Ecclesiæque prædicatores te Vocat. Et quamuis

a Iob. 38. 24.

a Osee. 11. 1.

Funiculi
Adam.

Vincula
Charitatis.
b. 10. 7. 12.
34.

c. 1. 12. 4

Matth. 11.
28.

potuisset flagellis, & aduersitatum baculis trahere; non vult semper eā seueritate vti, eō quoddā tenerē te diligit: ac propterea *in funiculis Adam, & in vinculis charitatis* trahere vult: funiculis scilicet & vinculis, quibus trahi solent, ligari, & conuinci homines, qui rationi dant locum; & filij parentibus dilectissimi: fauoribus scilicet ac beneficijs, reuocans tibi in memoriam plurima, quæ hætenus in te contulit, & nunc confert; ac in posterum conferre desiderat: nisi ipse tibi deesse velis. Funiculi Adam, beneficia sunt naturæ, quibus fruere; Cæli, qui te illuminant; Ignis, qui calefacit; Aër, quo respiras; Aqua, quam bibis; ac cibus, quem sumis. Similiter honor, facultates, sanitas, sensus, & potentia, quibus es præditus: & ipsamet vita vincula sunt; quæ DEVS conijcit in collum tuum: non vt te præfocet, sed vt mortem fugiens, veram vitam consequaris. Vincula sunt Charitatis, superna beneficia generalia & particularia, quibus te ditat. Vinculum siue catena vna est, ipsius filij Dei incarnatio. Natiuitas, vita eius tota, Passio ac Mors: quæ catena tot constat annulis, quot sunt peregrinationes, quas peregit; sermones, quos prædicauit; miracula, quæ fecit; persecutiones, infamia, & cruciatus, quos sustinuit vsque ad mortem in cruce: *b. qua exaltatus fuit à terra*, quemadmodum ipse dixit, *vt omnes homines dulci hac & iucunda catena ligatos, ad se ipsum traheret*. Vincula quoque sunt Charitatis, Sacramenta, Sacrificia, Scripturæ Sacræ, & reliqua auxilia, quæ in tuū subsidium & remedium in Ecclesia sua reposita habet; & specialia, quæ ipsemet tibi præbet, inspirationes, quibus te præuenit; spirituales consolationes, quas tibi impartitur; orationes tuæ, quas exaudit; pericula de quibus te eruit: ne in infernum, quem iuste promeritus fueras, descenderes. Cur ergo non libenter videas, te huiusmodi funiculis trahi, & vinculis talibus vincitum deduci? cum verè tendant ad tuam veram libertatem? Nunquam enim magis es liber, quàm cum hac ratione vincitum & constrictus teneris. Addit verò Isaias: quemadmodum agricola *c. iugum* remouit à bobus, triturando defatigatis, & postea manu sua pabulum illis porrigit: ita DEVS grauisimum Dæmonis iugum, quo portando valde es defatigatus, auferet: culpas scilicet, & meritas pœnas; illas remittendo, has moderando. Iugum verò onusq; legis suæ ita subleuando, vt suauiter possis illud portare. ad quod melius præstandū: *declinam*, inquit, *vt vesceretur*. Ipsemet demittit se, vt tibi det, quod comedas; non panem manibus Angelorū confectū, sicut Mannas; sed panē Spiritūs S. virtute formatū proprium scilicet suū corpus, abijcit enim seipsū DEVS, vt fiat cibus hominis. Et præterea proprijs manibus mensam tibi sternit spiritualibus animæ cibis refertā: imò & ijs, quibus ipsū corpus indiget. Ab ipsius enim prouidentia venit tibi, quicquid corpus aut animā nutrit: & ad omnia te inuitat, cum dicit: *d. Venite ad me omnes, qui laboratis,*

Conerati estis: & ego reficiam vos. Cur ergo non sequaris tam bene tibi facientem? ostendis, inquit, S. Augustinus oui gramen, & puero nuces: & sic trahis illos post te: cum ergo DEVS quotidie tibi ostendat cibos ac delicias, quas tibi offert: cur non eum sequaris, eiusque vocationi obedias. *109. sup*

Hoc vocationis genere solet DEVS D. N. duo præcipue genera peccatorum vocare. Primum est generosa ac ac nobilis conditionis: cuius causa, facilius tanquam filij, ducuntur amore, quam timore, vt serui. Huius generis esse solent, qui fuerunt aliquando perfecti; sed ex passione aliqua, aut infirmitate lapsi sunt in grauia aliqua peccata: quemadmodum videre licet, in admiranda Dauidis Regis vocatione, quando lapsus fuit in adulterium & homicidium, cum totius regni ipsius scandalo, tantaque proprii detrimenti obliuione; vt decem fere menses à lapsu suo transferint, nihil ipso de remedio cogitante. Sed non est oblitus infinitus animarum amator, de remedio illi prospicere: vbi enim amor viget, non habet locum obliuio. Quem vt à profundo somno excitaret, misit Nathan Prophetam, vt ei diceret: *Hæc dicit Dominus Deus Israel: ego vnxi te in Regem super Israel, & erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Domini tui, & uxores Domini tui in sinu tuo; dedi que tibi domum Israel & Iuda: & si parua sunt ista, adiciam tibi multa maiora.* Enumerabo scilicet alia maiora, tam quæ hæctenus contuli, quam quæ conferre cogitabam. *Quare ergo contempsisti verbum Domini, vt faceres malum in conspectu meo?* O amorem Dei interminum! ô ignem diuinum nunquam dicentem: *sessicit!* Quid enim hoc totum sibi voluit, nisi ingrato illi Regi significari: si propterea me dereliquisti, quod mea in te collata beneficia exigua esse iudicares: conuertere ad me, & ego tibi conferam maiora. Quodnam ergo aded durum cor esse poterit, quod his rationibus, ac promissis non emollitur? & quis aded ferus homo, qui non sinat se beneuolis aded catenis ligari? bene cognouit & asscurus est Dauid harum rationum pondus, ac vim ex cœlesti luce, quam à Domino vocante accepit siquidem vix ea audiuerat, cum, magno suorum peccatorum dolore, verbum illud non minori interno animi sensu, quam breuitate, tantaque efficacitate atque interno sensu protulit: *d peccaui Domino. imò e illi soli peccaui.* Nam licet Vriam occidendo, in ipsum peccaui; & in Bersabæe eius coniugem, cui abstuli honorem; & in populum vniuersum cui malum exemplum præbui. omnes tamen hæc iniuriæ sunt quasi non essent, cum ea collata, quam benefactori meo infinito intuli, à quo infinita beneficia accepi; & nunc, cum illius ego essem immemor, recordatus est mei: & cum ego horrenda supplicia essem promeritus, noua mihi offert beneficia, novosque fauores. Fuit hæc Dauidis pœnitudo aded perfecta, eò quod orta esset ab igne amoris, qui ex sermone diuinorum beneficiorum accensus erat; vt e

*Tract. 26.
in Ioan.*

*2.
Beneficijs
generosi du-
cuntur.*

*c. 1. Reg. 12.
7.*

*d. 2. Reg. 12.
93.
c. Psal. 50. 6.*

vestigio, peccatorum suorum veniam obtinuerit: tibi que proponitur tanquam exemplar, ut si errantem secutus es, sequaris penitentem, & emendatum: aures tuas ad audienda beneficia accommodans, quæ Deus ei confert, qui post lapsum penitentia ducitur, conuertitur, ac te emendat.

3.
Pauperes
beneficij
irahuntur.

Ruth. 1. 6.

ALIUD est genus peccatorum, qui impingunt ex occasione paupertatis, & aduersitatis: quas ut euadant, grauius scelera admittunt. Est verò tanta Dei nostri misericordia, ut molliori eos manu tractet; necessitatibus eorum subueniendo, eo que beneficio, ad malum peccati statum dimittendum, alliciendo. Quod mirifice nobis ob oculos ponit euentus ille, quem liber RUTH nobis refert. Quemadmodum enim fames, quæ in Iudæa præualuerat, in causa fuit, cur Elimelech cum vxore & filijs, ex Bethlehem exiret, & in regionem Moab migraret, vbi alimentorum erat abundantia: postea verò marito & filijs orbata Noëmi, surrexit, ut ex Moab in patriam rediret: *f. audierat enim quod respexisset Dominus populum suum, & dedisset eis escas:* ita innumeri homines famem, paupertatem, & alias temporales necessitates fugientes, à Iustorum congregatione recedunt: imò nonnunquam à congregatione fidelium, ipsa scilicet Ecclesia; transeunt que ad partes peccatorum, aut etiam infidelium; quorum sequuntur peruersos mores, ut miseris eorum bonis uti possint. Quibus tamen non obstantes, solet Dominus noster populum suum misericordiam oculis aspicere; tantamque escarum copiam eis offerre, ut etiam peccatores, illis fruantur: proijciens in eos beneficiorum flammam, qui penarum ac suppliciorum flammam erant promeriti: & remouens paupertatis offendiculum, quæ fuerat ipsis causa ruina; excitat, & impellit ad penitentiam, ac desiderium redeundi; ei que seruiendi, qui tot in eos confert beneficia, ita ut videatur D. N. exequi velle Salomonis consilium, dicentis: *g. si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei aquam bibere: prunas enim congregabis super caput eius:* quæ tui amore illum vrant, & ex hoste reddant amicum: facientes, ut iniuriæ tibi illatæ cum peniteat. Qui sunt autem Dei inimici, nisi peccatores? & quæ prunæ ardentes, nisi beneficia eis amanter collata? quando igitur Deus hosce suos inimicos in paupertate, aut alia aduersitate constitutos videt, accurrit, ut eam aduersitatem moderetur, vel omninò remoueat: & huiusmodi beneficiorum prunis eos accendens, prouocat ad penitentiam in cilio & cinere amplectendam, culpæ que inimicitiam deponendam,

g. Pro. 25. 21
Rom. 12.
20.

§. 2. Multi in prosperitate constituti Deo resistunt.

CVm verissima sint, quæ diximus: ad eò tamen est deprauata hominis naturæ propensio post peccatum; vt ex ipsismet bonis soleat elicere mala; & ex beneficijs diuinis quæ sunt alijs per se ipsa aptissima media, ad infinito benefactori obsequendum, occasionem accipiat, eundem offendendi. Nam bonorum temporalium abundantia & prosperitas, quæ Deus hominem inuitat ad pœnitentiam, efficit in peccato magis pertinacem: obstruit enim eius aures, ne inspirationem diuinam admittat; claudit oculos, ne proprium periculum videat; indurat voluntatem, ne diuinis impulsibus emolleat; compedes adhibet pedibus, & manicas manibus, ne in via virtutis progredi possit, Dominum ad ea vocantem sequendo. Denique cupiditate sua inordinata ita illum inebriat, vt æternorum bonorum obliuiscens, temporalibus ac perituris solum attendat. Quemadmodum ad viuum depicta res est in tribus illis ad cœnam magnam inuitatis, & sese excusantibus. Primus enim dixit: *Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam.* Alter dixit: *Inga boum emi quinque & eo probare illa.* Et alius dixit: *vxorem duxi, & ideo non possum venire.* Quamuis enim res illæ omnes erant licite, amor tamen ad eas ad eò fuit inordinatus, vt diuinæ Vocationi inuitanti earum causa restiterint. Quod si ad conuiuium illud ituris necessarium fuisset, villam relinquere, boues vendere, & vxorem omninò deserere; non fuisset culpabilis ad eò & inciuilis excusatio ac resistentia: sed cum non cogèrentur illis renunciare: horrenda fuit impudentia, certumque signum, quòd à proprio amore captiui tenerentur: qui se à tanto conuiuio excusarunt, vt paulò diutius immorarentur in lustranda villa, probandis bobus, & familiariter cum vxore agendo: conculcantes, quæ erant alijs obligatoria, propter minus rectum vltimilicitorum. Quemadmodum enim homines non alieno tantum vino inebriantur, sed etiam proprio; si nimium bibant: Ita non solum negligunt obligationes, quibus DEO sunt obstricti, ob rerum prohibitarum cupiditatem; sed etiam ob paruum vltimilicitorum ex se alioqui bonarum. Quod si tantum malum affert minus rectus hic vltimilicitorum, quantum affert *b superbia vita*, inanes desiderans honores? & *concupiscentia oculorum*, alienas desiderans diuitias? & *concupiscentia carnis* appetens prohibitas voluptates? ò execrandas concupiscentias: quæ homines cœlestibus bonis exuitis, aduersus DEVM rebelles, sibi que ipsi crudeles facitis! ò quæ fuisset rectum, quod DEVS N. D. huiusmodi cupidos rebus illis professis spoliaret, quibus ne ad conuiuium accederent, impediebatur: vt ablata prosperitate, quæ victos illos detinebat, & in aduersitate cõstituti, lubetes accederent, & quod præcipiebatur, exequerentur. Sed iustis suis iudicijs DEVS non eam seueritatem, sed multò terribiliorem aliam, et si ipsis mi-

Prosperitas
nouerca
virtutis.

Luc. 14.
18.

Med. 56. 3.
Par.

Etiã licet
abuti
possumus.

1. I. 2. 16

c Luc. 14.
24.
Non punire
maxima
pena est.

d Isa. 26. 10.

Serm. 42.
in Cant.

g Psal. 2. 11.

f Hab. 3. 2.

g Psal. 9. 3.

in 16. c. Eze.

nus notā, adhibere voluit, dicens: *c neminem illorum, qui vocati erant gustaturum ipsius cenam.* quasi permittens, illos temporalibus prosperitatibus frui, quas spiritualibus praeulerunt, cum iactura bonorum aeternorum: quod non ipsius DEI in eos studium, sed odium; non misericordia, sed ira censenda est: quamvis mundanorum hominum iudicio misericordia existimetur: qui plures faciunt, corporis miseria, quae temporalis est, carere; quam animae, quae erit aeterna: quamvis & corporis postea erit aeterna. Haec illa est supremi Iudicis, tremenda sententia, dicentis: *d misereamur impio, & non discet iustitiam: in terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.* non optanda, sed tremenda haec est misericordia, quae potius est terribilis ira: tunc enim (ait S. Bernardus) magis irascitur DEVS, cum non irascitur, aut iram suam nobiscum dissimulat: Misericordiam hanc ego nolo; super omnem iram, miseratio ista, sepiens mihi viam Iustitiae. Satius profecto mihi, iuxta Prophetam consilium, e *apprehendere disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & peream de via iusta.* Volo, irascaris mihi, Pater misericordiarum, sed illa ira, qua corrigis deum, non qua extrudis de via. Illud tua nobis benigna animaduersio parit, hoc formidolosa nutrit dissimulatio. Non enim cum nescio; sed cum sentio, te iratum, tunc maxime confido propitium: etenim *ferum iratus fueris, misericordia recordaberis.* sic enim David, *g Deus, inquit, tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventiones eorum.* Moysen enim loquitur, & Aron, atque Samuelem: & illam ultionem, appellat propitiationem, eod quod eorum DEVS non perpercerit excessibus. Ostende, DEVS meus, quod me tanquam pater ames, corripiens me ob culpas meas, ut ab eis me liberares. Ne auferas zelum tuum a me, ne simul etiam auferas amorem, & e tua domo me dimittas. terret me vehementer tremendum illud verbum, quod adulterae Ierusalem es locutus: *auferetur zelus meus a te, & quiescam, nec irascar amplius.* O iram terribilem, iram sine misericordia! quae ira cum hac potest comparari? quae ira hac terribilior esse potest? maxima infelicitas alicuius mulieris habentis maritum nobilem, diuitem, ac potentem censetur, ea qua dato illi libello repudij e domo a marito eijcitur, deponente omnem illius curam in posterum, tanquam eius rei, quae ad illum amplius non spectat. Quando enim illam domi habebat, gerebat eius curam, zelabat honestate, excessus reprehendebat, de omnibus necessarijs ei prospiciebat: quia, ut suam habebat: sed, facto diuortio, omnem hanc curam deponit, nec aliter eam, quam alienam aspicit & extraneam. Hoc eodem modo habet se DEVS erga animas, cum illa pudorem amittunt in suis sceleribus, habentque frontem meretricis. Agit, inquit S. Hieronymus, cum eis tanquam cum reprobis, & aegrotis illis, de quorum sanitate est conclamatum: permittens eos viuere iuxta sui palati appetitum, & sequi suas

concupiscentias sine fræno. Et quemadmodum dicitur in libro Machabeo-
rum: *ipatienter eos expectat, ut eos, cum iudicii dies aduenerit, in plenitudine pec-*
catorum punit, acerbioribus multo supplicijs: hac enim conniueti aucta
sunt eorum culpa. Electas verò animas, quæ tanquam eius sponsa in ære-
nis eius palatij sunt mansuræ, attentioni cura zeloq; tractat; ideoq; cum vi-
det temporales prosperitates eas in suis peccatis detinere, misericorditer
castigans, eas, ut remedium adhibeat, aufert.

§. 3. *Vocatio per aduersa.*

EX his quæ dicta sunt apparere incipit diuinæ prouidentia consilium
ac dispositio in vocandis & excitandis pulsu aduersitatum eis, qui
prosperitatum occasione aures suas obdurabant. Qua dispositione usus est
quondam erga ipsam ciuitatem Ierusalem, figuram videlicet animarū, quæ
cum vitijs suis arctum fœdus inierunt, quæ Ierusalem, ut ait Propheta O-
seas dicebat: *a vadam post amatores meos, qui dant panes mibi, & aquas meas, la-*
nam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum. quasi diceret: volo
seruire idolis gentium, qui mihi fauent; meque magna prosperitate, bono-
rumque temporaliū abundantia ditant. & Dominus ad eam; *ecce ego sepiam*
viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, ut semitas tuas, etiam tritillimas, *non*
inuenias, & sequeris amatores tuos, & non apprehendes eos; & queres eos, & non in-
uenies. & tunc dices apud te ipsam: vadam & reuertar ad virum meum priorem:
quia bene mihi erat tunc. Et quia nescisti, quod ego tibi dedisse frumentū, & vinū,
& oleum, & argentum, & aurum, quæ obtulisti Baal. Idcirco conuertar, & sti-
nam frumentum meum, & vinum, & liberabo lanam meam, & linum meum.
quæ operiebant ignominiam tuam. Hæc idea est diuinæ gubernationis, ita mise-
ricordia plenæ, ut tamen nihil Iustitia desideret. Hæc enim ad Deum cla-
mat, ut te bonis spoliat; quæ, ut illi seruires, est largitus: si eis illum offen-
das, eius verò inimico obsequaris. & ipsamet bona ad suum clamant creato-
rem, ob illatam sibi iniuriam: dum eorum usum in alium finem detorques,
quàm fuerint tibi data: iniuriam enim auro infers & argento, quando ex
eis idolum facis, quem tua adoret auaritia; offendis panem & vinum, cum
eisdem idolo tui ventris præstas obsequia; ignominia afficis pretiosas ve-
stes, dignitatem, & honoratum officium, cum eis inanem gloriam, tâquam
Deum colis: ac denique quamcumque creaturam afficis iniuria, quando
pluris eam facis, & plus diligis, quàm ipsum creatorē. Quare, quemadmo-
dum proba & honesta ancilla, cuius herus ea vult abuti, ad Iudicem acce-
dens, petit ab eius potestate liberari, eiusque petitioni datur locus: ita istæ
creaturæ clamant suo modo ad Iustitiam diuinam, petuntq; liberari a vio-
lentiâ & iniuria, quam illis infers. quarum clamor exauditur, ferturque iu-

1 Mach. 0
14.

1 Osea. 2. 5.

Iustitia
querela.

Misericor-
dia reme-
dium.

stissima in te sententia, vt illis spoliens. maxime cum hæc bona, quæ tua ap-
pellas, non tua sint vere, sed DEI, qui hac conditione tibi ad vsu dedit, vt
cum eis illi seruias: quemadmodum Rex aulicis suis portionem, decreta-
que vestes largitur; quibus in ipsius honorem vtantur. Cum igitur tu non
stes pacto & conditioni, qua tibi horum bonorum vsus conceditur: Iustitia
exigit, vt eisdem spolieris. Propterea enim dicit: *sumam frumentum meum, vi-
num, & oleum, & liberabo lanam meam, & linum meum*, auferens tibi hæc bo-
na, quæ eius cum sint; sub tua potestate, quia malè illis vteris, tyrannidè pa-
tiuntur. Sed hæc pœna ita est opus Iustitiæ, vt in ingentè misericordiam di-
rigatur: est que flamma procedens ex oculis DEI non iratis, sed beneuolis, &
commiseratione plenis: quia non auferit hæc bona ex odio, sed ex amore. et-
si enim auferat temporalia, id facit, vt tribuat æterna; exiit te lanam & linū
suum, vt gratia & charitate sua te induat; aufert à te vinum corporis, vt pre-
tiosum det vinum sui amoris; sepiit te omni ex parte spinis & laboribus, vt e-
ripiat à tormentis æternis. hoc est enim quod per suum Prophetam dicit: *se-
piam viam tuam spinis tribulationum, & sepiam eam maceria*: obiectis impe-
dimētis, ne has voti compos in rebus huius mundi, quas desiderabas: & ef-
ficiam, vt, quando tibi esset oportunum, semitas tuas non inuenias, quas
peruias tibi fore existimabas, vt ad scopos & fines tuos peruenires. Si vo-
lueris prauas tuas propensionēs sequi, deliciasq; diuitias, & vanos honores
obtinere, omnia à te fugient: nec modū inuenies tua desideria opere explē-
di. omnia eueniēt cōtra id q; cupiebas. vt aduertens, quā malè tibi succedat
per viā eunti vitiorū, in te ipsū reuertaris; & qui stultus eras, pœna fias Sa-
piens, in easque rectius consiliū, dicens: *revertar ad vitū meum priorem, quia
bene erat mihi tunc magis, quàm nunc*; ad DEVM videlicet primū sponsum ani-
mæ tuæ, cui fuit desponsata in Baptismo per Fidem & Charitatem: in cuius
societate & cohabitatione vitam mihi & fuit, & erit quietior, quàm nunc sit.
O felices aduersitates, quæ æternam afferunt quietem! o dulces spinas,
quæ ex corde spinas euellunt peccatorum! o beatam maceriam, quæ
malorū desideriorū areet executionem! o beneuolā diuinæ prouidentia di-
spōsitionem, quæ ad nostrarū animarum salutē dirigitur, & veluti contrarijs
cuniculis prauas nostras dispositiones, quæ ad nostrā condemnationē ten-
debant, impediunt. Confiteor mi DEVS, te Patrē esse benignissimū, cum ta-
libus me laboribus affligis, cum pungis huiusmodi spinis, tali maceria se-
pis, talia consilia ac dispositiones inis, quibus mea euanescent: permittens,
me in *b filii prodigi* calamitatem incidere, vt ipsa me in tuam *Domum* redire
cogat, à qua rerum temporalium abundantia abduxit.

S. Hieron.
in C. ier. 2.
c. 15.
17.

Ex dictis colligitur, tribulationes & aduersitates esse vocationis diui-
næ instrumenta, ad conuertendos peccatores: efficiunt enim vt interna

DEI

DEI inspirationi, & externæ ministrorum eius prædicationi obaudiant; hæc aduersis impetrando, quod rationes blandæ non potuerunt persuadere. *c. Vexatio enim sola*, ait *Isaias*, *intellectu dabit auditu*; vt quod auditum est; libenter executioni mandetur. Sic etiã d *Absalon*, cum bis vocari curaret *Ioab*; obsecrans, vt ad se veniret; ille vero venire noluisse; *instit Absalõ* seruos suos succedere *igni agrum Ioab*. quod cum fecisset; venit *Ioab* ad *Absalon*, vt de illato sibi damno conquereretur: qua occasione *Absalon* prolixè cum ed locutus, quicquid ab eo volebat, obtinuit. Eodem ergò modo, cum audire non vis suauem & amicam DEI uocationem; nec ea, quæ per suos Prædicatores tibi significat, beneuolè inuitando ad pœnitentiam; tunc iubet, suas creaturas varijs te calamitatibus affligere: Ignem, vt domos tuas incendat; grandinem, vt vineas & agros destruat; morbum, vt corpus tuum vexet; & egestatem, ac pauperiem, vt ueniat tibi quasi *uir armatus*, totamque tuam familiam occupet. vocat te Deus, & tu non vis audire. *Evocat*, vt ait *Dauid*, *famem super terram*, & super te, & in momento adest, vt fame laborantem te capiat. *g. Implet faciem tuam ignominia*, vt *sanctum eius nomen queras*; permittit enim te incidere in dedecus aliquod, infamiam, lites, & huiusmodi alias afflictiones: vt ad infinitam eius misericordiam recurras, saltem vt conqueraris de his incommodis. qua occasione quasi per capillos te trahens ad se fufus ad cortuum loquitur; & pœnitentiam impetrat, quam optabat.

§. 4. Bona ex aduersis.

SEd quis numerare poterit bona, quæ prouidentia diuina per huiusmodi aduersa in peccatore facit, quibus eum deducit, ad obediendum diuinis ipsius inspirationibus? huius rei quasi ad viuum imago proponitur in Propheta *Iona*, qui ob difficultatem, quã ipse existimabat fore in exequendo DEI mandato, *a fugiens à facie Domini* conscendit nauem, descenditq. ad interiora eius, & dormiebat sopore graui. In quo proponitur nobis profundus somnus peccatoris Deũ fugientis, suisque prauis affectionibus ad infamia quæque, & indigna terræ sese abijcientis. Ipso autem *Iona* sic dormiente, *missi Dominus ventum magnũ in mare*, & facta est *peestas magna*: & *namis periclitabatur conterr*. & *timuerunt nauita*. & *accessit ad Ionam gubernator*, dixitq. ei, *quid tu sopore deprimeris? surge, inuoca Deum*. Proprium est enim Prælatorum munus, esse diuinæ Vocationis instrumenta, excitando & impellendo peccatores dormientes; vt attendant, sentiantque tribulationes & aduersitates communes & proprias; quarũ causam agnoscant sua esse peccata. Agnouit *Iona* horrendam illam tempestatem ob sua peccata esse exortam: quæ tamen, et si hanc cognitionem ei attulit, non tamen suffecit, vt ille omninò esset iustificatus: ideoque aliam hac maiore tribulationem ei euenire voluit.

ulerunt enim nauita Ionã, & *miserunt in mare*. b *preparauit vero Dominus piscem*

c 1/3. 26. 19
d 2. Reg.
14. 29.

c *Pror.* 6. 11.

f *Ps.* 104. 16.

g *Ps.* 82. 17.

I.

1 *Ioan.* 1. 3

b *Ioan.* 2. 1.

*Jonas poeni-
sens.*

grande, ut deglutiret Ionã: & erat Ionas in ventre piscis tribus diebus, & tribus noctibus valde anxius & afflictus; & sic omninò aperuit oculos, & orauit Dominum, magnoq; feruore clamãs de tribulatione sua, cœpit tres veræ penitentiæ actus exercere. dolens de suis peccatis; confitens ea Deo suo; magnaque fiducia veniam eorum petens; accipiens & patienti animo angustias illas & tribulationem in satisfactionem peccatorum, firmaque proposita concipiens Creatori suo seruiendi; gratias & laudes denique pro acceptis omnibus beneficijs dicens: ex quibus in virtute diuinæ gratiæ præstitis, iustificatus omninò est per eam tribulationem, quæ ceti instar eum deuorauerat. Cùm autem Deus D. N. ad eò sit misericors; statim atque, quod per afflictionem quarebat, obtinuit, eam remouit, dicitq; pisci, & ille euomuit Ionam, non in ipsum mare turbatum, sed in aridam; nec in quemuis portum, sed in proximum loco, ad quem mittebatur: vt implere posset proposita bona, quæ in tribulatione conceperat; & exequi quod iubebat D. E. V. S. O magnam tribulationis vim, à prouidentia diuina in peccatoris utilitatem directam! ò quàm mutatus exiuit Ionas ex ventre piscis ab eo, qui fuerat ingressus! nã ingressus est peccator, & exiit Iustus; ingressus est carnalis, & exiit spiritualis; ingressus est tepidus, pauidus ac pusillanimis: exiit verò feruens, fortis & valde confidens: à virtute enim diuinæ gratiæ prohibitus fuit piscis, eu suffocare, & vitã eius consumere: quamuis consumpsit culpam, commutans veteris hominis vitam in noui. Venter ille piscis fuit Oratorij instar, in quo didicit benè orare; & propitiatorij, in quo veniam peccatorum obtinuit, & nauis, quæ illum à vitiorum tempestatibus eripuit, ad firmam & solidam virtutũ terrã deduxit; & in proxima collocauit occasione, qua posset exequi diuina præcepta: per quam viam, felicesque gressus ad æternam eum deduxit quietem. Postquam autem piscis munere suo est perfunctus, euomuit illum extra se, prius enim tanquam sibi proportionatũ cibum, vtpote peccatorẽ, tali pœna dignum re.inebat. Postquam autem fuit iustificatus, tanquam cibum, stomacho omninò contrarium, quem non poterat sibi aptare, illum reiecit. & ipse Dominus, qui piscem tribulationis iusserat peccatorem deuorare, vt eum suo igne coquens benè condiret, iuber iam Iustũ beneque conditum euomere. Si enim peccator vitam suam mutet, Deus quoque suã mutat sententiam: pœnasque commutat in fauores, & tribulationes in solatia. O animarum redemptor, qui sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ita tu fuisi in cor de terre à morte deuoratus, & in sepulchro absconditus, vt nos ab æterna morte liberares: applica efficaciter tuorũ laborum fructum nobis peccatoribus, qui multis tribulationibus circumdamur, ne opprimamur ab eis; sed viuificemur, & resuscitati prodeamus ex huius ceti ventre ad nouam gratiæ vitam, quæ perduret vsque ad æternam.

*c. Matth.
12. 4.*

SED

SED cupies forte nosse, quid mysterij ad nostrum institutum in eo lateat, quod fuerit Ionas tribus diebus & tribus noctibus in ventre ceti? cum enim DEVS D. N. omnia disponat in pondere, numero, & mensura: non est existimandum numerum hunc TRIUM, qui solet alias plenitudinem & perfectionem significare, casu aliquo fuisse ita decretum. Fortè tamen hoc nobis significat: tribulationum mensuram, quoad pœnarum gravitatem, numerumq; dierum, semper esse ita plenam & perfectam, quemadmodum ad perfectam vocationem & conersionem peccatoris, quæ Deus per eas vocare & conuertere decreuit, est necessarium: ita vt ea mensura suam habeat proportionem cum numero, mensurâq; trium generum peccatorum, quæ cogitatione, verbo, & opere admittuntur, & per tres noctes significantur: & similiter ipsa mensura crescat, aut minuatur, vt sit conformis studio & diligentia, quam adhibet peccator, vt per pœnitentiam eiusque tres actus, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, quæ per tres dies significantur, à suis peccatis exeat. Quia enim tribulatio est medicamentum ægritudinis animæ, eandem seruat rationem ac proportionem, quam morborum corporis medicamenta, qui morbi, quod sunt magis in corpore radicati, eò plus temporis requirunt, vt curentur; & quod sunt grauiora, eò requirunt fortiora remedia in subiectis robustioribus; & quod plus aut minus sese natura iuuat, eò etiam plus aut minus addi debet ex subsidio medicinæ.

Ex quo fit, vt si tardior sis, morasque trahas in tuis peccatis relinquentis, & vita ipsa emendanda: DEVS quoque tardior sit futurus in tuis aduersitatibus auertendis. quemadmodum ægrotus ille, *d qui triginta & octo annis mansit apud probaticam piscinam*, nõ obtenta vnquam sanitate, eò quod per pœnitentiam non se disponderet: donec ipse Christus Seruator noster misericorditer illum sanauit, monuitque *ne amplius peccaret; ne deterius aliquid illi contingeret*. Si autem velocior fueris ac diligentior in facienda pœnitentia: & ipse DEVS erit expeditior in tua tribulatione moderanda; quemadmodum fecit cum Rege Ezechia, quia cum inaniter ob suas diuitias & victorias efferretur, e *ægrotauit usque ad mortem*, & cum ei diceret Isaias: *dispone domui tue quia morieris*, ipse ad remedium lachrymarum se recipit: quibus, dum culpæ suæ maculam abluit, effecit, vt DEVS sententiam suam reuocaret, & sanitatem amissam restitueret. Verbum est enim Dei infallibile, quod per Ieremiam Prophetam dixit *si repenti loquar aduersus gentem & aduersus regnum, vt eradam eam, & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eam: agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi vt facerem ei: & subito loquar de gente & de regno, vt edificem & plantem illud*. O stupendam pœnitentiæ vim! o admirandam di-

*vide Ribera
raon hic.*

*Tres dies &
noctes quid
denotent.*

*3.
d Ioan. 5. 14*

e Isai. 38. 1.

Iere. 18. 7.

uinæ uocationis per minas & aduersitates efficacitatem! quis hoc cogita-
ret: quòd possit pœnitentia mutare immutabilem? si tu miser peccator
doleas de tuis peccatis; DEVS etiam dolebit de pœnis, quas tibi est mi-
natus; aut forte cœpit inferre. Si tu eò quòd sis mutabilis, malum tuum
propositum mutas, audisq̄ue vocantis te vocem: DEVS quoque, licet sit
ipse immutabilis, mutabit absque sui mutatione propositum, te castigan-
di: quia non vult ipse illam pœnam inferre, nisi in peccato permanenti.
quòd si subito tu feceris pœnitentiam subito etiam DEVS suam aget. tam
enim erit ipse ad mutandam sententiam velox; quàm tu fueris in tua mu-
tanda vita. iubebitq̄ue piscem, qui te vorauerat, te euomere; quia dum te
intra se haberet, te verè mutauit ac meliorauit. Quod si forte post pœni-
tentiam, adhuc duret aduersitas, id signum erit, superesse adhuc aliquid sol-
uendum, & purificandum de præterita culpa: aut, quòd tuâ referat, eam
adhuc durare, vt à recidua præseruet; aut humilem & subiectum conti-
neat: quòd ad maiorem Dei gratiam recipendam disponaris; obtineasq̄ue
maioris gloriæ coronam: aut denique, vt ijs satis fiat, quos tuis peccatis scâ-
dalizasti: vt & illi ex tuis pœnis cautiore euadant. Quamobrem etiam si
DEVS Dauidem mouit; & reuocans illi in memoriâ beneficia in eum
collata, ad pœnitentiam prouocauit: horrendas tamen adiecit minas.
Amor enim & timor; spes & motus aptissimè coniunguntur ad conuer-
tendum peccatorem. Et quamuis Dauidem statim pœnituerit, quòd pec-
casset Domino; & propterea culpæ remissionem obtinuerit: pœna tamen
& aduersitas, quæ propter culpam illi inferebatur, adhuc durauit: licet
cùm tanto virtutum & spiritualium gratiarum incremento: vt libentissi-
mo animo, eam pœnam se sustinuisse recoleret, ex qua tot bonorum acces-
sionem sibi factam videbat, imò etiam temporalia bona, quæ prius DEVS
abstulerat, eidem restituit. Quod si ita pertinaciter in culpa tua hærete
uolueris, vt pulsu aduersitatis, quam DEVS mittit, excitari nolis: time, ac-
treme: quia diuina Iustitia non uolet iram suam moderari; permit-
tetque propterea, vt cetera tribulationis te deuoret, & non
euomat, sed, donec suffocaris, detineat: & miser-
rimè in tuo peccato moriaris, quemad-
modum in proximo capite
dicitur.

*Pœna post
culpam re-
missionem fru-
ctus.*
2. Reg. 12. 10

CAPVT XIV.

EXITIALEM MORTEM ESSE ALIQVORVM

peccatorum pœnam, medium verò diuine Vocationis
ad aliorum conuersionem: Deiq; iudicia in
huiusmodi varijs euentis valde
esse occulta.



DEO est infinita magni nostri Dei sapientia, adeoque pro-
uidentia eius admirabilis: vt eiusdem ordinis medijs noue-
rit, possit, velitque plures fines consequi; fierique variorum
euentuum compos; & (vt vulgò dicitur) eadem operâ mul-
ta perficere. Nam vno tribulationum, aduersitatumque ictu,
nunc multos rebelles peccatores occidit in pœnam grauium eorum scle-
rum; nunc plurima mactat peccata, vt gratiæ vitam ipsis peccatoribus lar-
giatur: & ita nonnunquam sua dirigit consilia; vt paucos occidens, viui-
ficet plurimos, qui aliorum supplicio territi, ad se ipsos redeunt, ac de
suis peccatis dolent, & penitentiam agunt. Quamobrem loquens cum
populo suo dixit per Amos Prophetam: a *Nunquid cadet auis in laqueum*
terre absque aucupe? nunquid auferetur laqueus de terra, antequam quid cape-
rit? si clangit tuba in ciuitate, & populus non expauescet? si erit malum, siue pœna
& afflictio, in Ciuitate, quod Dominus non fecerit? Quasi aperte dixerit:
quemadmodum laquei non casu aliquo ponuntur in terra; sed industria
& consilio prudentis aucupis illos in loco & tempore, vbi opus est, collo-
cantis, ad aues aut feras, quas capit, capiendas: ita aduersitates, & tribulatio-
nes generales, aut particulares non casu aliquo eueniunt; sed à prouiden-
tia Dei ita disponuntur ad capiendos homines, qui auium instar, iuxtà fal-
sam carnis libertatem, vitam suam instituerere volunt; & ambitione ac su-
perbia sua altissimè volare; & ferarum instar nolunt legis Dei iugo se
subijcere; sed contra suum proximum crudeliter agunt. In qua directione
& consilio adeò est Dominus noster strenuus & constans, vt donec ca-
piat quem quarit, laqueum non auferat; sed illaqueet, vinculisque se-
uera iustitiæ rebelles constringat. eos verò, qui huiusmodi aliorum sup-
plicijs perterriti, peccatorum suorum penitentiam habent, misericor-
dia vinculis liget: ita vt eadem omninò aduersa sint iræ laquei in quos-
dam, qui in eis omninò pereunt, misericordiæ verò vincula in alios, qui
ex alieno malo ad proprij sui periculi cognitionem deducuntur. Et quæ ad-
modum dum clangit tuba in ciuitate, omnes timent, & in locum tutam
se recipiunt: ita etiam cum DEVS insignes peccatores repentina morte,
alijque

a Amos 3.5.

Tribulatio
à Deo diri-
gitur.

b Luc. 19. 7.

alijsque aduersis euentibus punit, tuba quodammodo clangit in reliquos omnes; quos ita terrendo vocat, & ad pœnitentiam peragendam inuitat, si velint similem iram euadere. Ita Christus Seruator noster quibusdam referentibus ipsi, quod Pilatus quosdam Galilæos, dum sua Sacrificia offerret, decollasset, dixit: *b putatis quod si Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico vobis: sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. sicut illi decem & octo, super quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis, quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Ierusalem? Non, dico vobis: sed vt intelligatis, quod si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis, quasi dixerit: Infelix horum hominum mors non propterea præcipue illis euenit, quod maximi essent totius Galilææ, ac Iudææ peccatores; sed quod essent peccatores: id enim sufficit. quamobrem, si & vos peccatores estis, ex pœna alijs illata cautiore euadere studete, vobis persuadens, infelicem hanc illorum mortem, vocem esse Dei ad pœnitentiam vos vocantis, & inuitantis; ne similis pœna, qua nunc verè digni estis, vobis contingat. Accedamus itaque ac demisce, vt par est, in profundam occultorum Dei iudiciorum abyssum ingrediamur, quæ prædictis verbis insinuantur; & vtilitatis capiendæ causa attendamus: quem ordinem in his peccatoribus puniendis seruet: vt iustissimè quosdam ob sua peccata puniat; alios verò misericorditer vocet, vt ea dimittant.*

§. 1. Iudicia Dei elucere in morte, aut vocatione variorum peccatorum.

Ruth. 1.

ADITVM in hanc abyssum, aptumque fundamentum nobis præbet SACRA RUTH historia, dum refert: *abuisse hominem de Bethlehem Iudææ vt peregrinaretur in regione Moabitide cum vxore sua ac duobus liberis, eo animo vt breui aliquo tempore illic manentes, postmodum in patriam suam reuerterentur, quorum tribus aliter accidit: nam illic mortui sunt. Primus omnium obiit Elimelech senex, illiusque familiæ caput: nec tamen reliqui propterea in patriam redierunt. nam post annos decem mortui sunt in flore ætatis suæ vterque filius: cum ibi Moabitidas vxores duxissent. Sed tandem NOEMI videns se viduam, & solam absque filijs & marito, afflictam actremens statuit redire in Bethleem, vnde exiuerat. Hoc totum magnis arcanis & mysterijs ad nostrum institutum aptis est plenum, vt enim ait Sanctus Gregorius: non est in Scriptura sacra inusitatum, vt vna eademque persona in factis suis hinc referat, quid peccatores faciant contra Deum; inde verò significet, quid faciat DEVS erga peccatores. Quemadmodum Ionas, vt supra est dictum, refert peccatores, qui Deum fugientes, incidunt in mare tribulationum; sed idem tamen figura fuit Christi nostri Seruatoris,*

*Lib. 3. Mor.
c. 16. exen.
Mo Davidis.
Vria, &
Berabee.*

ris,

ris, qui, vt nos à peccatis nostris eriperet, iuitinidem mare tribulationum proiectus.

INCIPIENTES itaque mysteria hæc euoluere, inueniemus, quamuis peccatores vera fide carentes, vitam suã in misera sua Moab, & regionibus infortunatis, in facibus vitiorum suorum ita hæreant & conualescant, vt per totam vitam in eis manere velint: at qui fidem habent, aut eius aliquod lumẽ, non statuunt discedere à congregatione Iustorum, & ad peccatorum partes transire, quasi ex instituto & animi decreto eorum conciuues esse velint; sed vt peregrinentur, & quasi obiter transcant, hærentes scilicet non nihil in suis vitiis, vt suo palato & appetitioni morẽ gerant; sed statuentes ea ante mortẽ deferere, confidentes diuinæ misericordiæ, quod tunc per penitentiam ad Iustorum statum & vitam, à quibus discesserant, conuertri velint. Ad eum modum, quo multi horum temporum hæretici & politici dicere consueuerunt: Sectam suam esse ad viuendũ commodam; Catholicam verò Ecclesiam, bonam esse ad moriendũ: optantes quemadmodũ impius Balaã *a mori morte Iustorum*: sed vitã peccatorum ducere, & frui cũ improbis in hoc sæculo, paradiso voluptatum sensu; sed cũ iustis postea frui etiam paradiso cœlestiũ deliciarũ, sed iustis Dei iudiciis eueniteis, quod *Elimelech* & duobus eius filiis in figura euenit, vt subitò, & nõ cogitantibus mors superueniat in loco & statu, quem ad maiore suã vitæ partẽ transigendã elegerant, & *moriantur in peccatis suis*. Hoc est enim in more, & lege ordinaria constitutum, quod qui malè viuunt, malè moriuntur. nec dignus is est, vt ad locum securum Sanctæ Bethlehẽm reuertatur ad moriendũ, qui ex ea voluit exire, vt cum salutis periculo in regione Moab habitaret: sed potius ei competet tremenda illa Ieremiæ sententia dicentis; *e plangue eum, qui egreditur; quia non reuertetur ultra, nec videbit terram natiuitatis suæ*. hic bene collocantur lacrymæ: si enim à Deo discedis, & eius Ecclesia, aut e terra viuentium, vbi natus fuisti in esse gratiæ, fortè vtramq; mortem obibis, temporalem & æternam; nec reuerteris ad felicem patriam, quam contempsisti. Attende, quod si semel figas pedem in regione vitiorum, fortè illaqueaberis, reque expones periculo & occasione ea nunquã deserendi. Quemadmodum duo hi fratres, qui ingressi tanquam peregrini in regionem Moab, duxerunt in ea uxores: & sic tales egerunt radices, vt permãserint tota vita, donec eos mors occupauit, quam obrem ne existimes tibi licere, aut tutum fore, in eo statu viuere, in quo non velles mori: nec prudentis est, vel ad vnum diem in eo loco hære, in quo nolles morte præueniri: fortè enim dies ille vltimus erit vitæ; aut initium, sine fine, & remedio in peccato perseverandi: & volens duplicem habere paradysum, vtrumque simul amittes. Quemadmodum infelix Balaã amisit d' gladio interfectus cum reliquis peccatoribus, quo-

I.

a Num. 23.

I.

b Ioan. 8.

21. 24.

c Ier. 22. 10.

Num. 31. 8

e Apoc. 2. 16

f Eccl. 5. 6.

Vindicta
Dei incipit
a maioribus

g Ezech. 9. 6

h i. Pet. 4.

17.

i Num. 16.

26.

k Apoc. 19.

20.

Nec tamen in huiusmodi euentibus deest interdum diuina misericordiarum vitam fuerat secutus, quem Balaam si tu fueris imitatus, contra te clamat horribilis illa ac tremenda vox Christi Seruatoris in omnes imitatores Balaam: e age penitentiam, si quo minus, veniem tibi cito, & pugnabo contra te in gladio oris mei; imperando scilicet, vt vita tibi adimatur, qui noluit mea misericordia vt. Quae minae, vt tunc erunt seuerissimae, ita nunc sunt vox dulcissima ac beneuola Dei, te ad penitentiam vocantis priusquam eius iustitia in ira & furore suo castiget: f Ne dicas (vt ait Sapiens) miseratio Domini magna est: multitudinis peccatorum meorum miserabitur: misericordia enim & ira à Deo cito proxima, & in peccatores respicit ira illius. non tardes conuerti ad Dominum & ne differas de die in diem. subito enim ueniet ira illius. misericordia enim Dei non debet esse pallium, quo se peccatores tegant, vt in suis peccatis perseverent; sed vt illa cito deferant.

Hinc licebit progredi ad perpendenda Dei iudicia; & qua ratione supplicia sua incipiat ab ijs peccatoribus, qui ob antiquitatem, dignitatem, aut officium tenentur, quemadmodum *Elimelech*, esse meliores: quorum peccata scandalo sunt alijs, & secum afferunt maiorem in Deum ingratitude, & maius in proximum detrimentum, ac propterea pena & supplicium, quod illis inferitur, timere facit minores, estq; clamor quidam & admonitio, vt couertantur. si enim iustitia diuina maioribus non parcat; nec minoribus parcat. & si altissimam & profunde radicatum arborem iubet abscindi: facilius paruum & teneram euellit. Quamobrem cum Deus mitteret sex viros habentes instrumeta & vasa interitus in manibus suis, vt percuterent habitantes in Ierusalem. dixit eis: g à sanctuario meo incipite, aut (vt LXX. verterunt) incipite à sanctis meis, illis videlicet, qui ratione status sui Sacerdotalis deberent esse primi in sanctitate; erant verò primi in iniquitate. Nam, vt S. Hieronymus. notat digni erant hi, qui primi punirentur; eod quod occasione peccandi populo dedissent. & (vt S. Petrus dixit) iudicium incipit à domo Dei; vt vitio sumatur de ijs, qui in ea viuentes, sunt alijs scandalo: & sic reliquis incutiat metus, & permoueantur ad penitentiam; cautiore effecti ex pena illis illata, quos vt superiores, & quasi capita sua habebant: & qui culpae initium dederunt, sint quoque primi in subeunda pena. Ita enim i *Dathan & Abiron*, qui populum Dei conturbauerant, puniti sunt horrenda & infelicissima morte, aperiens scilicet terra os suum, eosq; deglutiente, vt viuentes descenderent in infernum, & post eos ignis interfecit ducentos quinquaginta viros, qui à partibus ipsorum steterant. Idem eueniet Antichristo eiusque Pseudoprophete de quibus S. Ioannes, quod k *vini misi sunt in stagnum ignis ardentis sulphure, & ceteri, qui illos fuerant secuti occisi sunt in gladio.* Nā extraordinaria Maiorum delicto extraordinarijs quoque horrendisq; mortibus punienda sunt, vt minores & inferiores coërceant.

dis, qua horum iudiciorum feueritatem in aliquibus temperet; ne, qui uolent ad eam recurrere, desperent. Nam etsi moriatur *Elimelech*: at *Noemi*, et si aliqua ex parte punita, non tamen moritur: sed per illatam ei poenam ad propriam reducit patriam. Nam ex duobus in eadem peccata lapsis permittit Deus alteri mori ac perire; alterum uero eisdem poenis tactum dirigit, ut conuertatur. Quem enim non ducant in admiratione diuersi euentus ditorum priorum Regum Israel, *Saulis* ac *Dauidis*? uterque enim fuit iustus in initio; uterq; in grauiora peccata lapsus; cum totius regni sui scandalo: uterq; etiam propter ea punitus: Sed contrariis omnino euentibus. Nam *Saul* etiam iustus punitus, nullum tamen ex poena fructum accepit: sed in peccato suo obstinate permanens, miserrime perit: in *Dauid* autem etiam punitus, locum inuenit poenitentiae: ex poena accepta faciens remedium culpa. Sed quid dicam de duobus aliis Regibus, qui ualde magni fuerunt peccatores? *Pharaone* scilicet ac *Nabuchodonosor*, utroq; in populum Dei crudeliter tyranno; & utroq; punito magnis plagis, ut conuerteretur sed diuerso plane euentu. Nam n. *Pharao* pertinax in suo peccato, poena deterior factus, miserrime aquis *maris rubri* submersus, extinctus est: o *Nabuchodonosor* autem, postquam per septem annos cum bejatis & feris suam quasi bos comedens habitasset, aliis seruis benedixit, & uiuentem in sempiternum glorificauit, & sic ad honorem regni decoremq; rediit. Primus fuit imago irae diuinae, ad rebelles deterrēdos: posterior diuinae misericordiae, ad spem & fiduciam eorum, qui se Deo subiiciunt, ac prosternunt. Supplex ergo **DEVM D. N.** ora p. ne (ut ait *Dauid*) in furore suo te arguat: nec in ira corripiat, absq; misericordia, q. percutiens te plaga, quam *Jeremias* inimicū appellat & castigatione crudeli, qua (ut *S. Hierony.* adnotat) non tendit sicut plaga patris ad sanandum & condonandum; sed sicut vulnus inimici ad occidendum & condemnandum. Cum igitur Dei plagae soleant a patrio amore inchoare, utere eis in tuum commodum, antequam plaga inimici feriat, qua nullum admittit remedium.

§. 2. *Iudicia Dei in eiusdem peccati complices, quos aut uocat aut perdit.*

SEPE non sufficiunt supplicia Maioribus illata, ut Minores emendentur, etiam si longum tempus **DEVS** ad poenitendum concedat; donec magis perspecta eorum pertinacia, eadem eos, inuoluit poena. Decem annos expectauit **DEVS** filios *Elimelech* post mortem Patris: qui cum non redirent in *Bethlehē*, mortui sunt tandem in regione *Moab*. ut intelligeres, quod nisi prima admonitione ex alieno damno prudentior & cautior fias: cum minime cogitas, illud senties in te ipso. Huic rei fidē facit *Pharao* cum seruis suis, quorum pertinaciam in retinendis *Israelitis* in captiuitate puniuit **DOMINUS**, a percutiens in nocte omne primogenitum in terra *Aegypti*. a primo-

Tribulatio-
nis dispar e-
uentus

1. Reg. 15.

24. & c. 24.

6.

m. 2. Reg. 12.

13.

n. Exod. 14.

2.

o. Daniel.

4. 30. 31.

p. Psal. 6. 2.

q. Jerem. 30.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

gentio Pharaonis usq; ad primogenitum captiua, quae erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum. Quae plaga adeo fuit Pharaoni cunctaque Aegypto grauis & horribilis, ut praeter mortis metu, etiam in ipsa nocte vocatis Moysi & Aaron Pharaon dixerit: *surgite & egredimini à populo meo; uegebantq; Aegypti populum de terra exire uelociter, dicentes: omnes moriemur: vix autem lacrymas ex morte primogenitorum ortas exterferant, cum omnimotu, quo perculsi fuerant, deposito, eos poenituit facti ac dimissionis: & exeutes omnes simul, ut discedentes retinerent, ac reuocarent, inciderunt in manus mortis: submersi enim fuerunt in aquis maris rubri, ita ut nec unus quidem superfu-erit ex eis. O mors, quam amara est memoria tua in hominibus huius mundi! qui videntes, te è medio tollere alios praecipue sibi coniunctos, statim contremiscunt, diuinæque uocationi aures praebere incipiunt, editis doloris peccatorum signis: sed mox atque è conspectu & oculis ipsorum abscedis, etiam ex corde te expellunt: & eadem festinatione, qua uitae emendationem ceperunt; pergunt in suis peccatis & uita praua. Sed licet ipsi mortis obliuiscantur; non tamen ipsa eorum obliuiscitur: sed qua festinatione ipsi sequuntur prauas suas propensiones & appetitiones, eadem sequitur mors ipsorum gressus, donec repente & minime cogitantes allequatur; marique ingentium laborum & afflictionum eos submergat. quae afflictiones multo maiores grauioresque esse solent, propterea quod ex aliorum morte non sunt redditi cautiore. maiori enim supplicio dignus est, qui non fit ex alieno cautior, iuxta sententiam illius homicidae, qui dixit: *b septuaginta uisio dabitur de Cain: de Lamech uero, qui hoc sciens, non est factus cautior, sed uirum occidit, dabitur septuagies septies.**

SED quodnam mysterium in eo latet, quod uterque frater, filij Elimelech simul sint mortui in regione Moab, ubi uterq; uxorem duxerat contra praecipuum legis prohibentis, *e uxorem accipere de filiabus Moab?* Quid item sibi uult, quod Pharaon & eius exercitus simul fuerint aquis maris suffocati; omnesq; eadem poena puniti, sed quod communi decreto & uoluntate eandem culpam admiserunt? sine dubio hoc indicat nobis occulta Dei iudicia. quod scilicet repentina interdum morte Deus puniat eos, qui conspirant in aliquod scelus; & simul ad resistendum diuinæ uocationi, ne con- spirationem illam & uoluntatum coniunctionem, in eodem peccato manendi, deponant. Nulli enim sunt detestabiliore peccatores ijs, qui ita secum pa- cisuntur, sed; mutuo adiuuant ad mala quae intendunt, ut in eis excellant. propterea enim D.N.S. Job dixit de Leuiathan, quod *d corpus illius esset quasi scuta fusilia, compactum squamis seprementibus, & una uni ita coniunctis, ut ne spiraculum quidem incedat per eas: & membra carniū eius ita coherentia sibi, ut etiam si mirantur contra eum fulmina de Caelo, penetrare tamē non possint: cor enim eius induratur tanquam lapis; & stringitur quasi malleatoris incus.*

Tandem
ultior ferit
Deus.

Gen. 4. 24

Exod. 34.

16.

Deut. 7. 3.

2. Est. 3. 1.

Job. 41. 6.

Quæ sunt squamæ, & quæ carnes Leviathan, nisi peccatores illi, qui Dæmonis partes, consiliaque sequuntur? Alij enim aperte & manifestè cum sequuntur, qui per squamas significantur; Alij occultè & dissimulantes tanquam hypocrita, qui indicantur per carnes cute coopertas. Vtrique enim horum diligentem dant operam, vt simul perficiant: quæ sibi ardent & placent: quemadmodum illi inter se conuenerant; qui post diluuium decreuerunt turrim & ciuitatem Babel construere, e VENITE, dicebant, *faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum.* Hanc conpirationem, ait S. Gregorius, esse perniciosissimam: eò quòd valde corroboret, animosque addat, ad mala perficienda, quæ volunt. Ex quo sex ingentia damna illis oriuntur, quæ in prædictis verbis de Leviathan insinuantur. *Primum*, pertinacia; eò scilicet incorrigibilior in suis peccatis, quòd illi magis sunt ad ea perficienda concordēs. *Secundum* quòd se mutuo defendant & excusent. *Tertium*, quòd simul conueniant ad resistendum cuiunque volenti eos abinuicem destingere ac separare. *Quartum*, quòd eorum cor tanquam lapis & ferrum ita induretur, vt nulla respiratio ab eo prodeat orationum & bonorum desideriorum. *Quintum*, quòd non admittant cœlestes inspirationes, etiamsi vehementes sint, & tanquã fulmina efficaces. *Sextum*, quòd quamuis alicuius plagæ ictus eos tangat, nullum tamen signum, aut vestigium imprimit: potius plagis & pœnis obdurescunt magis, ad instar incudis malleatoris, quæ continuis ictibus magis indurescit. Propter quæ omnia solet Iustitia diuina quasi vno ictu, vita priuare eos, qui hoc modo ad mala facienda in vnum conspirarunt. Quemadmodum euenit summo Sacerdoti Heli & duobus eius filijs, de quibus prædixit quidam Propheta, quod *in die vno morerentur ambo*: quòd essent in pœna socij, quemadmodum fuerunt in culpa. Et *g Angelus Domini percussit in vna nocte in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia hominũ*, de quibus dixit Nahum, quod *g sicut spine se inuicem complectuntur*, quæ, igne concepto, vehementius ardent. Et Ecclesiasticus *h supra collecta synagoga peccantium; & consummatio illorum flamma ignis.* Non tamen semper ira Dei huiusmodi furore ac seueritate vitur cum omnibus peccati complicibus; sed nonnunquam consueta sua misericordia, per infelicem mortem aliquorum, alios vocat ad conuersionem, quam per dissolutionem iniquæ societatis & concordie, qua erant coniuncti, reddit faciliorem. Nam qui ita coniuncti perstitissent in suis vitijs & peccatis; tandem illa deserunt, cum solos se vident socijs sublatis. quemadmodum *Noëmi*, si vir & filij eius vixissent, mansisset in regione Moab: cum autem se illis spoliata videret, surrexit, vt exiens ex regione, in qua illi extincti fuerant, *in patriam pergeret*, ne & ipsa extra eam moreretur.

Squamæ &
carnes Leui-
athan.

Gen. 11. 4
Lib. 33.
Mor. 6. 24.
& lib. 34.
6. 4.

Sex damna
conspiratio-
num.

1. Reg. 2.
4.
3. 4. Reg. 19
5.

h Eccl. 21.
10.

i Ruth. 1.
20.

Peccata no-
stra sunt;
Conuersio
est Dei.

k Ose. 13. 9.

l Luc. 15. 93.

Amara
purgant.

m Cant. 1. 5.

HANC vocationis rationem ipsamet *Noëmi*, postquam in patriam re-
diisset, insinuauit, dicens mulieribus Bethlehemitis: *ine vocatis me Noë-
MI, id est pulchram: sed vocate me Mara, id est amaram: quia amaritudine
valde repleuit me Omnipotens. egressa sum plena; & vacuam reduxit me Domi-
nus.* quasi diceret: cum ex hac ciuitate egrederer bonis temporalibus abun-
dabam: quia virum & filios, pulchritudinem & bona temporalia habe-
bam: Sed Dominus his omnibus ob mea peccata spoliata, reduxit, vt,
contristatam ac solam me videns inter peccatores regionis Moab, redirem
in ciuitatem Bethlehem, ad vitam meam inter iustos ducendam. Valde
verò mysticè sibi ipsi tribuit exitum ex Bethlehem; Deo verò in eandem
reditum: non enim dicit egressa sum plena, & redij vacua; sed, *egressa sum,
& reduxit me Dominus.* vt sic intelligamus, nostrum esse, quod peccemus;
& à libero nostro arbitrio solo prouenire, vt à DEO, eiusque Ecclesia,
& Iustorum congregatione recedamus; accedamus verò ad partes & con-
fortia peccatorum: Conuersio tamen reditusque in locum sanctum, ac
Iustorum consortium, quos deserueramus, prouenit nobis à DEO, e-
iusque gratia, per sanctæ suæ vocationis virtutem. Quod ipsum distinctius
ipse Dominus dixit per Prophetam Osee: *k perditio est tua Israel: tan-
tummodo in me auxilium tuum.* Ego, ego, inquam, miser sum, qui ex cæle-
stis Patris mei domo egressus sum, & peregre *profectus in regionem longi-
quam*, quia ita volui: si enim ego non voluissim, non me cælestis Pater re-
pulisset: sed non potuissim tamen per solam meam voluntatem ad illum
redire, nisi ille vocasset, & ad redeundum auxilium dedisset, ac dedu-
xisset. Sed quomodo egressus sum? & quomodo me reduxit? egressus
sum, quia bonis temporalibus abundabam, quibus superbia mea, cupidita-
tes, carnisque voluptates fouebantur: quæ, vt DEI domum desererem,
& in tabernaculis peccatorum habitarem impulerunt, DEVS verò his bo-
nis me spolians, morteque puniens eos, qui mihi fauebant, vacuum me
reduxit: vt harum plagarum metus, totque laborum & miseriarum affli-
ctio, & calamitas me compelleret redire ad locum, vbi prius eram. Quam-
obrem ne vocetis animam meam *Noëmi* siue pulchram, sed *Mara* siue ama-
ram: Dominus enim tribulationum amaritudine valde illam repleuit, vt
penitentia lacrymarumque amaritudine, culparum mearum maculas e-
lucem. Exulta itaque o anima mea: quia nunquam aded pulchra fuisti
atque iam; cum hac amaritudine es repleta. cordis enim amaritudo, culpa-
ritatem excludit; reddit verò gratia pulchritudinem. Si abstulit tibi
DEVS corporis pulchritudinem, qua te ad peccata impellebat: id fecit,
vt pulchritudinem spiritus cum magna donorum suorum abundantia tibi
largiretur. Scriptum est enim: *m Nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem: ni-*

gra si-

gra sicuti: *bernaculo Cedar*, ob tribulationes, quibus affligor; sed pulchra sicuti *pelles Salomonis*, ob ingentes gratias & virtutes, quæ inde mihi proueniunt. O sol iustitiæ, decolora me, & ex peccatorum meorum dolore, amaritudine reple: ut amissam propter eam, gratia pulchritudinem recipiam, Amen.

§. 3. *Deus occultis suis Iudicijs peccatores aliquos in flore ætatis punit ut sic alios vocet.*

AD HVC superest quod in his diuinis Iudicijs profundius perpendamus: non enim casu aliquo filij *Elimelech* in ætatis suæ flore, post senem patrem, sed etiam ante senem matrem mortui sunt: significatur enim nobis, omnes siue iuuenes, siue senes timere cauteque viuere debere: eod quod ira DEI, ipsaque mors nunc prius senes aggrediatur; nunc iuuenes: ut & senes ex morte iuuenum cautiorez fiant; & similiter iuuenes morte senum; & alij denique ex aliorum morte. Nam, ut ait Salomon, *sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur: sic capiuntur homines in tempore malo*, hoc est in die mortis; quæ mala & amara est peccatoribus imparatis, & subito morientibus: quos veluti hamo capit, cum illi delectationum sensualium escis maxime oblectantur. Et quemadmodum *sa pe pisces auesque minores prius capiuntur, quam magna: ita iuuenes solent non raro mori ante quam senes, ita eorum peccatis exigentibus*, propter quæ (ut Amos Propheta dixit) *b occidit sol in meridie, & tenebre scit terra in die luminis*: quia mors in ætates flore, & in vitæ medio eos capit, & quando sol luxque prosperitatum huius mundi, quam poterant altissime & felicissime incedebant: tunc ipse sol occidit, prosperitas euanescit, marcescit pulchritudo, luxque in tenebras, & vita in mortem commutatur.

Nihil enim Deus facit hæc omnia mundi magnalia, cum sub illis latent plurimæ culpæ. Ad idem facit quod idem Propheta mortem comparat *hastæ prælongæ, c. vncinum habenti ferreum, cuius est usus ad fructus arborum decutiendos*, quo non solum fructus decutiuntur ex infimis ramis, qui manu carpi poterant; sed etiam qui in supremis, quo non poterat attingere manus: Mors enim æque facile diuites decutit atque pauperes; sanos fortesque ac robustos, atque debiles & valetudinarios; & iuuenes qui sibi longam vitam pollicentur, atque senes, qui vnum iam pedem videntur habere in sepulchro. Et ob eam causam Propheta vsus hic est voce Hebræa significante autumnalem fructum, maturum iam ut decerpatur: sic insinuans, peruenisse iam tempus, quo mortis vncinus inuaderet peccatores: eod quod ipsorum peccata maturos satis eos reddidissent, ut antè tempus decerpi possent. Quod spectat sententia Ecclesiasticis: *d ne impiè agas multum, ne moriaris in tempore non tuo: & illa Dauidis:*

dis:e

I.

Mors peccatorum accelerata.

a Eccl. 9. 12.

b Amos 8. 9.

c. 8. 1.

Mors hastæ prælongæ.

Vide Riber.

d Eccl. 7. 13.

e Psal. 54.
24.

2.

Aeternitas.

e Psal. 89-4

Vita brevis.
106.

e Sapi. 5-15

e Matt. 21.
29.

e Mar. 11.
20.

Christianus
semper de-
bet operari.

dis: e viri doloſi non dimidiabunt dies ſuos: quali diceretur: cum tanto deſiderio vitæ longioris teneris, deſine peccare. peccata enim eius filium abſcindunt; & cum ipſa ſit ex ſe brevis, eam efficiunt breviorẽ; eò quòd Dei Juſtitia in pœnam, illam abbreviet.

DECEM tantum annis, ait Scriptura, vtrumque fratrem vixiſſe in regione Moab, fruentes eius vbertate, & conjugij voluptatibus; & ſtatim mortuos eſſe. Quid autem ſunt decem anni, ſi cum æternitate conferantur? ſiquidem Propheta Regius teſtatur: *ſ mille annos ante oculos Dei tanquam diem heſternam eſſe, quæ præterit.* O quàm eſt tota ipſa vita brevis; ſi cum æterna comparetur! quamvis enim longiſſima aliaſ videatur; vix tamen inceperit, cum quaſi pro expedita haberi poteſt. Et quid eſt *Mabalon & Chelion* (quæ voces, vt ſupra diximus, principium & conſummationem ſive finitionem ſignificant) ſimul mori, niſi docere nos, vitam hanc ad eò eſſe brevem, vt cum ipſa morte coniungatur; & eius principium cum fine, ingreſſus cum exitu primusque dies cum poſtremo cohæreât: quemadmodum ipſi damnati fatentur: *g nos (inquiunt) nati, continuo deſectionis eſſe.* nam tota vita, quâuis quingentorum fuerit annorum, ſicut fuit Cain, illis videtur fuiſſe vnius momenti. O ſi vitam reſpiceres, non ſicut peccatores, cum ea fruuntur, ſed quemadmodum ijdem, eam iam tranſactam reſpiciunt in inferno! Diceres procul dubiò, eam eſſe quaſi non fuiſſet: & intolerabilem eſſe ſtultitiam, illiſ ſidere, eamque in breuib; ad eò voluptatibus expendere, quæ tormentis æternis ſint puniendæ.

3. IMPONAMVS tandem occultis hiſce Dei iudicijs finem, adductis in medium quæ S. Matthæus de duabus ficulneis refert, quæ horum peccatorum ſunt figuræ. Alteri illarũ (cuius ſupra meminimus) maledixit Chriſtus D. N. *h cum mane quodam eſuriret, nec fructum vllum in ea, niſi folia tantum inueniſſet, eò quòd eſſet adhuc veris initium: dixit enim cum indignationis cuiuſdam iudicijs: nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum: & ar eſa cta eſt continuo ficulnea: à radicibus.* Certum eſt (ait S. Chryſoſtomus) ficulneam illam non habuiſſe peccatum tali pœna dignum; ſed habuiſſe hominem pergam ſignificatum: qui tenetur fructus bonorum operum proferre non ſolum in autumno, hoc eſt in ætatæ maturæ; ſed etiam in primo vere, hoc eſt in iuventute, & à quo incipit vti ratione. Et propterea Chriſtus D. N. diluculo interdum illum viſitat, optans hos in eo fructus inuenire. Quem ſi ætatis tantum virore, & externarum cæremoniarum folijs ornatum videat, vt Chriſtiani nomen tantum retinere videatur; ſolet in eum indignari, vitæque priuare, æternam imprecans maledictionem ob quam, ad radicem vique aſcendit, amittens omnes gratias, donaque ſpiritualia vſque ad ipſam Fidem, quæ illorũ eſt radix: vt nunquam amplius fructum proferat bene-

dictio-

ditionis. qui enim in lethali peccato diem suum obit; ita his omnibus in æternum priuatur, vt nulla sit spes ea recuperandi. Stupenda autem in hac ficulneam, & in aliquem horum peccatorum maledictio, aliorum est admonitio & documentum: vt studeant non esse steriles & inutiles. Nam ordinariè Deus non est aded seuerus, vt in prima statim visitatione ficulneæ suæ ita maledicat; sed sapius eam expectat ad multos annos, pulsans frequenter ac monens, vt suos proferat fructus. Quemadmodum idem Christus D. N. in parabola alterius ficulneæ, quam in Ecclesiæ suæ vinea habet plantatam, indicauit: ad quam veniens vt fructum quæreret, etiam si non inuenerit; non tamen illi maledixit, potius vineæ cultori dixit: *Ecce annis sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat? at ille respondens dicit: Domine dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora; & si quidem fecerit fructum; sin autem, in futurum succides eam.* Qui sunt hi tres aut quatuor anni quibus Deus ficulneæ fructus expectat, nisi quatuor vitæ hominis partes, siue lōga illa sit, siue breuis? in quibus sapius ipsū visitat Deus vocando, suisque sanctis inspirationibus inuitando ad bonos fructus proferendos; Quod si in primo anno, hoc est quando vsus rationis iam adest eos non proferat, Deus patienter expectat, redditque secundo anno, in secunda scilicet vitæ eius parte: qui, si adhuc in sua sterilitate persistit, sustinet eum Deus longanimiter; redit verò tertio anno, parte scilicet tertii eius ætatis: quem si adhuc sine fructu inueniat, ostendit se illi magis iratu, & fortioribus pulsibus plagisque morborum & aduersitatum monet, minaturque se vitæ filum abscissurum, quasi homini nauici & inutili. Quamuis aded magna est Aduocati ac Mediatoris nostri Iesv Christi Charitas, vt etiam pro tali peccatore apud æternum suū Patrem intercedat, vt quarto adhuc annū, vltimam scilicet ætatem morti vicinam dignetur expectare: vehementiores interim inspirationes mittens, variāq; alia media adhibēs, vt optatum tandem fructum afferat; simulque monens, quod si bono aded mediatori ingratum se exhibeat, & vocationi admonitionique ipsius obfurdescat, sit ipsemet iudicaturus, & suasurus, vt in quarto anno abscindatur, & euellatur; quandoquidem tot mediis adhibitis nullum fructum facere voluerit. O diuinæ misericordiæ altitudinem! o humanæ ingratitude vilitatem! quænam maior misericordia esse potest, quàm Deum aded patienter expectare hominem aded ingratum? & quæ maior ingratitude, quàm nolle hominem aded misericordi Deo seruire & obsequi? Non poteris conqueri, quod ad primum peccatum Deus mittat hominem ad infernum: siquidem per quatuor prædicta tempora illum expectat. Sed neq; expedit negligere, aut differre exequi, quod ipse præcipit: cum enim qua-

*Vnius poena
alterius e
cautela.
Luc. 13. 7.*

*Dei patientia
erga peccatores.*

*Quatuor
tempora.*

tuor hæc tempora sint quatuor vitæ tuæ partes, quæ vt longa esse potest, ita potest esse breuissima; & fortè tres eius partes iam præterierunt, quartaque finis imminet: & nisi resipiscas, maledicet DEVS iubebitque te abscindi, nulla vterius admiffa intercessione. Cogita itaque, quòd hæc ipsa hodierna die DEVS maiestatis dicet Angelo diuinæ suæ Iustitiæ executori, tremendam illam sententiam: *succide illam vt quid etiam terram occupat? emitte hominem istum ex vinea huius mundi & Ecclesiæ: vt quid locum sine vlla vtilitate occupet? Extrahere istam animam ex corpore, quo non vitur in finem sibi præscriptum. Quid itaque dices miser, cum huiusmodi sententiam audies, si ad finem quarti anni proferat, quando totam vitam absque vllò fructu peregisti? Quis potenti adèd mandato resistet, si Christus ipse, qui tuus hæctenus fuit Aduocatus, fiat Iudex; iubeatque te abscindi? O Saluator benignissimè, præueniat nos vocatio tua, vehemens adèd ac potens; vt re ipsa desideratos fructus proferamus: vt cum nos vltimo visitaueris, benedictionem tuam potius impertias, transferens nos à militantis Ecclesiæ vinea ad ipsam triumphantem in æternum, Amen.*

CAPVT XV.

MEMORIAM VLTIMAE VOCATIONIS AD
Iudicium, quod fit in morte cuiusq; medium esse
diuinæ vocationis.

a Matt. 2.
13.

b Matt. 25.
14. 20.

c Luc. 19 13.
Vocatio duplex.

d Eccl. 7. 40

DVPLICIS insignis Vocationis mentio fit in sacro Euangelio: Alterius, quæ fit in vita; & alterius ipsa in morte. Prima vocat *a operarios* ad laborandum *in vinea*; Secunda vocat ad *reddendam laboris mercedem*. Prima fit ad distribuenda Vocationis *b Talenta & Minas*, media videlicet ad vitam æternam procurandam: secunda fit ad *bponendam rationem cum eis*, vt *c sciat quantum quisque negotiatus fuerit*, vt reddat præmium *fidelibus* ac diligentibus; puniat verò *b malos ac pigros*. Vtriusque vocationis consideratio efficacissimum est medium ad vocationem audiendam, qua nunc temporis vocamur ad pœnitentiam. Nam quemadmodum verum est illud Ecclesiastici: *d in omnibus operibus tuis memorare nouissimam tuam, & in æternum non peccabis*: ita etiam est verum, deferaturum te peccata, si fueris eadem nouissima meditatus. Ibi enim ita lux cœlestis te illustrabit, vt horrere faciat & odiisse, quod in tua morte grauissimum damnum afferret.

VT igitur hanc adèd vtilem considerationem ingrediaris primum, persuadeas tibi necesse est, ad futurum tempus in quo DEVS vltima voca-

tionis

tione ad particulare tui solius iudicium vocet. Quæ vocatio aded est effi-
cax futura, vt resistere illi, aut excusare te non possis; aded infallibilis, vt
impossibile sit eam effugere; aded occulta ac repentina, vt cum minimè co-
gitaueris, sis ad reddendam hanc rationem vocandus. Diuina enim pro-
uidencia statuit, quatuor has mortis circumstantias esse omninò occultas:
diem scilicet, locum, occasionem siue causam, ac modum ipsius mortis. Vt verè
possis tibi persuadere, hodiernam fortè diem fore vitæ tuæ vltimam; &
in hoc ipso loco, vbi nunc es, tibi mortem euenturam; & humorem illum,
qui nunc in corpore tuo mouetur, fore illius causam; aut iam accelerare id,
quod violentam tibi afferet mortem: nec scis an subitò, an cum aliquo tem-
poris spatio, quo ad mortem præparare te possis, vitam tuam sis finiturus.
Quæ ita disposuit DEVS D.N. vt omni tempore; in omni loco & occasione
aut occupatione vitas tanquã homo, cui est moriendū: & fortè ipso momē-
to morieris, & ad iudicium voceris. Et hoc sensu dices illud Dauidis: *enotum
fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum, quis est: vt sciam
quid desit mihi.* Non peto Domine, reuelari mihi annos, quibus in hac vita
mortali sit viuendum; non peto huiusmodi reuelationem: quia non expe-
dit mihi, id nosse, quod tu vis mihi esse ignotum: illud autem demisere pe-
to, vt facias me hanc veritatem intimè agnoscere, quòd finem habeam, &
quòd anni mei sint breuissimi: *vt sciam, quid desit mihi ex virtutibus, ex
bonis operibus, & necessaria præparatione, ad cõfligendum cum morte: vt
in eo mihi comparando accelerem, antequam illa adueniat.*

Consideratio de Vocazione ad Iudicium.

PRÆMISSO itaque, quod hæc ipsa dies possit esse tuæ vitæ vltima:
Cogita, te iam in ipsa vltima esse; & Medicum, aut Confessarium, aut a-
lium quempiam amicum, nuncium illum tibi à Deo afferre, quem Isaias ad
Regem Ezechiam: *a dispone domui & conscientia tua, quia morieris tu & non
vives.* O tristem & amarum nuncium animæ tuæ; si veniat, cum illa val-
dè erit suis peccatis adstricta; maleque sibi de necessarijs ad illa sine do-
lore deferenda prospexit! O te miserum, quid facies in tantis angustijs
constitutus? in quibus cum sit necessariò moriendum, non faciliè inuenias
modum te præparandi, propter multa quæ adsunt obstacula. sed quæ
illa? vis scilicet morbi; cura & sollicitudo ea adhibendi remedia; temporis
breuitas; anxietas magna ob angustias præsentis; deprauata consuetu-
do præterita; interna DEI desertio, qui iurè denegare potest tempore
mortis deuotionem ei, qui eandem in vita contempsit. Quem itaque
exitum incuria tuæ in hac occasione sperare potes, nisi quem fatuæ
Virgines habuerunt: quæ audientes clamorem illum: *b Ecce sponsus venit,*
præparate vos: *& exite obviam ei: dum irent oleum emere, venit sponsus, &*

Mortis cir-
cumstantia
incerta.

3 Psal. 38. 5.

Non reuela-
tio sed com-
munitio qua-
renda.

Punctum
Primum.

1 Isa. 38. 1.

Quid, si ho-
die morien-
dum.

b Mat. 25. 10

antequam redirent, *clausa est ianua* cæli, & illæ ab sponsi societate exclusæ. Quid tibi proderit, quod lampadem fidei habeas, & speci lychnum: si oleum desit operum bonorum, & ignis Charitatis? neque enim diuino huic sponso obuiam itur extincta lampade; nec accensa externa tantum pietatis specie, sed veræ & solidæ Charitatis operibus. Cautior itaque ex alieno malo esto; & prepara te statim, quemadmodum prudentes Virgines fecerunt: fac in vita, quod tempore mortis factum velles. Expurga conscientiam tuam a peccatis: accende lampadem Fide, & imple dilectionis DEI & proximi operibus, ut cum tuæ mortis & aduentus sponsi nuncium habueris; ingenti cum lætitia excipias, dicens cum Dauide: *paratum cor meum Deus, paratum cor meum. & delatus sum in his que dicta sunt mihi, eò quòd in domum Domini sum iturus.*

Psa. 107. 1.
Psa. 121. 1.

*Secundum
punctum.
e Luc. 16. 2.*

*Quinque
talenta.*

CONSIDERANDVS est deinde vltimæ huius vocationis modus, quod de tua tota vita reddenda est ratio. Cogita itaque sonare in auribus tuis horrendam illam vocem, malo illi villico factam: e *Redde rationem villicationis tue: iam enim non poteris villicare.* quasi diceretur; esto memor, te hactenus non fuisse absolutum bonorum, quæ habuisti, dominum; sed villicum meum cum ea obligatione, ut eis iuxta meam voluntatem ac dispositionem vtereris. Tradidi autem tibi quinque genera bonorum tanquam *quinque talenta*, cum quibus tuam salutem negotiareris: bona scilicet *corporalia* & visibilia, quæ ad omnium hominum vsum in hoc mundo constitui; *spiritualia*, quæ sanguine meo comparata in Ecclesia mea collocaui, in omnium animarum commodum; *Naturalia*, quæ corpori & anima tuæ tradidi cum facultatibus ac sensibus omnibus; *Supernaturalia* gratiæ ac virtutum, quæ per Baptismum adieci: Ac deniq; alia plurima *specialia*, quæ tibi iuxta statum & munus in mea Ecclesia tibi commissum comunicauit. Omnium ergo horum redde nunc mihi rationem. Dic igitur quomodo rebus huius mundi fueris vsus, diuitijs, delicijs, & honoribus, quos habuisti? quem fructum ex Sacramentis & sacrificijs, ex libris sacris, cœcionibus, alijsque medijs in Ecclesia mea ad salutem tuam procurandam constitutis, haulisti. Quomodo corporis sanitatem, ac vires, ingenium, scientiã prudentiã, bonasq; naturæ propensiones, & omnes tuas potèrias collocaisti? Quã utilitatè & comodum accepisti ex sacri Baptismi gratia, ex Fide, & Spe, quã habeas? ex inspirationibus ad te missis? ex vocationibus, quibus te excitauit, & ad meum obsequium prouocauit? Quomodo denique, quod proprium erat status & officij tibi commissi prestitisti? redde omnium istorum rationem: nolo enim te vltra illis vti, iam rationis hora aduenit, nec amplius mundus iste, aut Ecclesia militans tibi deseruiet: corporis bona tibi eripientur, tuarum potentiarum ad aliquid promerendum vsus est iam finitus,

& ex

& exijs, quæ hætenus gessisti, es iudicandus: ea itaque propter. O miserime peccator, si ad suauem uocationem, quã inuitabaris ad pœnitentiã, surdum te præbuiti: quid ad hanc tremendam respondebis? bene poteris dicere, quod nequam ille villicus: *fodere non valeo, mendicare erubescio*: sed non licebit addere: *scio quid faciam, volo amicos mihi facere*, qui in hac tribulatione præsto mihi esse possint. Non inquam hæc tua cogitatio in hoc iudicio locum habebit: transijt enim tempus sodiendi; & pœnitentiæ, ac mortificationis operibus vacandi: non inquam est tempus mendicandi, petendo in oratione veniam peccatorum: respondebitur enim tibi, quemadmodum fatuis virginibus. *Nescio uos*. nec locus erit amplius elemosynas faciendi, quibus facias tibi amicos, qui te recipiant in æterna tabernacula, si enim **DEVS** tibi sit infensus, nullus Sanctorum tibi erit addictus, aut tuus poterit esse Aduocatus. Peruenturus itaque aliquando ad has angustias, audi nunc beneuolam uocem te ad pœnitentiã inuitantem: fodias tuus conscientiam, ut culparum tuarum terram inde extrahas; mendica absque rubore ueniam earum; iam nunc fac tibi amicos & adiutores in hac pressura; utere nunc bene bonis acceptis, ut læta facie dicere possis Deo: *quinque talenta dedi mihi: ecce alia quinque super lucratus sum*: repleat uero tua misericordia, quod hic deest ex mea negligentia.

PERGES porro considerare seuerissimum iudicium, quod instituet **DEVS** de tua uita, præsentibus angelo tuo custode, ac dæmone: illo ob munus tutelæ, & adiutoris ac aduocati; hoc uero ob munus tentatoris & accusatoris. hi ad utrumque tuum latus stabunt iuxta locum, quem in tua uita illis dederis, si enim peccatis obnoxius uiuas, ac diuinæ uocationi resistas: habebis dæmonem ad latus dexterum tanquam victorem, qui potior occupat locum: quem etiam in tua morte seruabit, iuxta illud Davidis: *g. diabolus stet à dextris eius, & cum indicabitur, exhibit condemnatus*; custos uero Angelus manebit ad sinistram tanquam qui à te reiectus, prædæ iacturam fecerit. Contra uero eueniet, si bene uixeris ac diuinam uocationem audiens egeris pœnitentiã. Nam tunc isti duo loca mutabunt, antequam ueniatur ad hoc iudicium: in quo eadem proinde seruabunt. Quamobrem diligenter attende quem nunc locum Dæmoni assignes: non enim postea licebit eo illum spoliare; & si morte tibi imminente, in eo se latere tuo constitutum uidebit: dabit operam, ut in hac pressura tibi reddat, quod sano abstulerat. Abstulit enim tibi pudorẽ, ut faciliẽ ad peccatum pertraheret; reddet uero maximum, ut te à confessione deterreat; abstulit diuinæ Iustitiæ timorem, proponens nimiam de misericordia diuinæ fiduciam: reddet uero tantum diuinæ iustitiæ timorem, ut de obtinenda misericordia diffidas, quasi ad id iam tempus non superesset. Cum

Mat. 25. 20

Tertium
Punctum.

3. Psal. 108.

Dæmon
reddit quod
abstulit.

primum tamen in conspectu illo mortis iudicij telaezorditur, accusatoris personam induens, ita furiosè te accusabit: vt non satis habeat vera delicta obijcere; sed alia multa excogitabit, quæ ex mera sua malitiâ te admisisse erit suspicatus.

SED in hoc iudicio, nullius obiectionis ratio habebitur, nisi euidenter & clarè constiterit, rem sic se habuisse. Supremus enim ille Iudex eodem momento, conscientia tuâ h *librum* aperiet, qui eousque fuit clausus: & luce quadam, meridiana clariori *illuminabit abscondita eius & manifestabit consilia cordium*; & peccata omnia, quæ in eo inuenientur scripta, siue commissionis illa sint cogitatione, verbo, aut opere admissa; siue omissionis & negligentia, aut etiam ignorantie: simulque apparebit factitas & grauitas eorum. O quàm stupebit anima tua tot simul culpas cernēs! quàm erubescet & ignominia afficietur, aduertens eorum factitatem, & grauitatē! quid tunc faciet infelix conscientia: cum horrendam ad eum in se videbit Scripturâ conuertetur aduersus se ipsam, & quæ noluit hic se ipsam spontè accusare, vt absolueretur: ibi se accusabit inuita, vt condemnetur: quia videbit clarissimè iustas suæ damnationis merita. O quanta agetur rabie, quod conata non fuerit delere, quod malè scriptum erat; quod vocationem Dei non audiuerit, quæ illam ad id per pœnitentiam delendum inuitabat! dele itaque nunc, quod tunc deletum esse velles: scribe autem, quod cuperes esse scriptum. Si enim multa bona opera in hoc libro scripseris, eadem illâ euidentia tibi patefient; vt æquè de illis gaudeas atque de malis affligereris.

SUPEREST VERÒ, vt sententiam ipsam expendas, quæ in eo iudicio contra te feretur: qua priuaberis omnibus bonis gratiæ & gloriæ; addicerisq; æternis in inferno tormentis. Tunc insonabit auribus tuis tremenda illa vox: *h Auferatur impius, ne videat gloriam Domini*. Quis aut̄ illum auferet, aut è conspectu iudicis amouebit, nisi Dæmon, qui stat ad latus eius? qui tanquam diuinæ iustitiæ carnifex infelicem & miserrimam animam rapiēs, in æternum conijciat carcerem. Quid autem tunc dicet Angelus custos, nisi idem, quod dixit de Babylone: *h Curavi Babylonem, & noluit sanari: derelinquam ergo te, ac perire sinam*. Hoc totum Iudex aspicit, & approbabit, dicens: *h quia vocasti te, & renuisti, extēdi manū meā, & nō aspexisti; & increpationes meas neglexisti; ego quoque in interitū tuo ridebo*: quatenus ille est mex iustitiæ opus, ad puniendam tuam pertinaciam. Quid ergo infelix anima dices, cum te à Deo irrideri videbis, cælesti hæreditate priuatam, ab Angelo desertam, à dæmone raptam, & in inferno sepeliri? quid facies in obscurissimum illum ac fœdissimum carcerem ingressa: in quo omnium bonorum penuria, malorum verò maximæ est copia? Quid senties, cum horrendas dæmonum visiones conspicias? cum damnatorum clamores audies? cum fellis illius

Dra-

h Apoc. 20.
12.
i. 1. Cor. 4. 5

Conscientia
Liber.

Punctum
Quartum.

k Isai. 26
10. iuxta
LXX.

h Iere. 51. 9
m Prou. 1.
24.

Draconis guttibus amaritudinem? cum eructum vermium morsus experieris; illosque ardores sempiternos, tanges! attende omnia hæc, voces effe diuinæ iustitiæ, cum eius misericordia coniunctæ: quibus te ad pœnitentiam vocat, & exhortatur. attende etiã ipsosmet dānatos, quodāmodo optare, eas vt voces audias: ne ad ipsos descēdas. vt sic cruciatū saltē illum euadāt, quo si eò veneris, afficientur: non quod te ament, sed quod eò loci quisq; sit socij sui carnifex. Aut dic mihi quid sibi voluit diues ille Epulo, cū petiit ab Abrahā, vt n *Lazarum in domū patris sui mitteret fratribusq; suis testaretur*, quæ ipse patiebatur; *ne illi venient in eum locum tormentorum*? Iā pater tuus cœlestis sancta sua vocatione tibi significat, ac testatur, quæ in inferno patiuntur ij, qui tui fuerunt fratres, & aliquando in eius domo, hoc est in Ecclesia vixerunt: in qua cū tu nunc sis, arrige aures, vt vocationem eius paternam audias, priusquam horrendam intonet vocationem, quasi Iudex. O Pater misericordiarum, DEVS QVE vltionum: concede mihi, vt consideratione, o *vinens descendam in infernum* ne descendam post mortem: ostendemihī & manifesta clamores eorum, qui horrendas tuas vltiones experiuntur: vt illi sint mihi efficax vocatio, quæ excitet me ad magnas tuas misericordias procurandas, Amen.

Vt autem timor in amorem conuertatur, expendes etiam vltimò sententiam, quæ pro iusto fertur, dicente illi iudice mollissima ac dulcissima voce. p *Enge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constiuam: intra in gaudium Domini tui*: vbi laborem tuum remunerabo, quem suscepisti in bono vsu quinque talentorum, quæ tibi commisi: & pro visibili isto mundo, quem deseris, ad superiorem alium te deducam innumeris bonis plenum, absque vlla admixtione mali. Et pro Ecclesia militanti, quam deseris, quæ locus est conflictus ac periculi, collocabo te in triumphanti: vt summa pace, æternaque securitate fruaris. & propterea quod naturalibus corporis & animæ bonis benè fueris vsus: animam ipsam ita glorificabo, vt omnia eius bona desideria expleam; & suo tempore etiam corpus reddam, clarissimæ gloriæ dotibus exornatum: ob virtutes, quæ iucundum in te locum habuerunt, præmia reddam singularia; ob *Fidem*, reddam clarum & apertum meæ diuinitatis conspectum; ob *Spem*, vltimi tui finis possessionem; ob *Charitatem*, eleuabo te ad felicissimam summi boni fruitionem: qua summo gaudio possideas omnia bona absque vllō ea amitendi timore; propter *obedientiam*, qua vocationi meæ, inspirationibus, ac præceptis meis paruisti: pretiosissimas dabo coronas, quæ præteritos labores incomparabiliter superent; ac denique quia, quæ tui erant *status* ac muneris, exacte præstitisti: statum tibi dabo beatum, omnibus bonis

in tanta

inferni clamores ad pœnitentiam.

n *Luc. 16. 27.*

o *Psal. 54. 16.*

Punctum Quintum. p Mat. 25. 21.

Anima beata dramum.

1. Cor. 1. 9.

in tanta copia, tantaque eminentia repletum, vt q̄ nec oculus viderit: nec aures audierit, nec in cor hominis ascenderit, quod in eis latet. O felices labores talibus præmijs renumeratos! ô beatam pœnitentiam, cuius finis est tanta gloria! cur non velociter, prompteque Dei vocationi acquiescas, te inuitantis ad tua peccata deferenda, cum non aliud per eam intendat, quam te ad sublimium aded bonorum possessionem euehere.

CAPVT XVI.

TIMOREM VLTIMAE TRIBVLATIONIS

in mundi fine futura eorumque considerationem, quæ tunc euenient, diuinam esse vocationem.

2. Mat. 24. 21.

Aduentus Christi duplex.

Matt. 24. per totum.

Act. 24. 24.

Lib. 29. Moral. c. 6.

2. Thess. 2. 7.

EXPRESSA est Christi D. N. sententia & assertio, quod a tribulatio in fine mundi, quando ipse ad eum iudicandum est venturus, aded sit futura magna, qualis non fuerit ab initio mundi vsque modo, nec vsque ad eiusdem finem fiet. Quare nec tribulatio illa tempore diluuij, nec Sodome, aut Ægypti cum suis omnibus plagis, nec ipsius Ierusalem, cum fuit deuastata, nec vlla alia possit aliqua ratione cum vltima futura comparari. Nam quemadmodum DEVS D. N. primo suo aduentu ad mundum redimendum, peccatoresque reconciliandos, qui ex ipsius redemptione fructum capere vellent, thesauros suæ misericordiæ aperuit. Ita idem Dominus in secundo suo aduentu, iræ suæ thesauros manifestabit, ad eundem mundum puniendum; & vindictam sumendam de rebellibus peccatoribus, qui erectum semper in templo animæ suæ habuerunt abominationis idolum, hoc est peccatum: cuius causa vastabuntur, ac tribulationis illius furore destruentur. Eam tribulationem explicauit Christus D. N. in sancto suo Euangelio fusissimè, tanquam efficacissimum diuinæ suæ vocationis medium: vt nos ad Sanctum iustitiæ suæ timorem, vitæque nostræ emendationem permoueret, & ad proijciendum in terram idolum illud tantæ eius calamitatis causam permoueret. In quem etiam finem eam predicabat, docebatque S. Paulus & reliqui Apostoli, & post eos etiam SS. Patres & Ecclesiæ Doctores. Et esto huius vltimæ tribulationis memoria non sit apud aliquos aded efficax, existimantes, eam in ipsorum diebus non futuram: tamen (vt S. Gregorius ait) quot sunt, qui illius quidem tentationis tempora non videbunt; in quam tamen sunt omnino immensi: quia multa in se ipsis experiuntur, quæ tunc euenient? Et quamuis necdum venerit Antichristus: tamè vt ait Apostol. b. *mysterium iam operatur*

iniqui-

iniquitatis in multis: ac proinde etiam ea damna operatur, qua tunc eueni-
ent. Quare ita debes hanc tribulationem meditari ad excitandum in te di-
uinæ iustitiæ timorem; vt simul partem illam eius examines, quam nunc
temporis in ea habes: vt per poenitentiam studeas eam à te repellere, ante-
quam ex temporanea tibi fiat aeterna.

Hæc tribulatio tria complectitur tremenda supplicia, quæ superueni-
ent peccatoribus: vnum est Draconis Luciferi malorumque eius Angelo-
rum; alterum est Antichristi & peruersorum eius ministrorum; tertium est
spectabilis huius mundi eiusque creaturarum.

§. 1. *Luciferi persecutio.*

SUPPONENDVM hic est, Christum D. N. (quemadmodum ait S. Gre-
gorius multi que alij Patres) in die Passionis ac mortis suæ realiter ac
verè eiecisse ex hoc mundo, tenebrarum Principem Luciferum, qui
alio nomine appellatur Sathan, Draco, & Serpens antiquus, qui tentauit ac
vicit Adamum & Euam in paradiso; imò & ipsum Christum D. tentauit in
deserto, eiusque morti interfuit: cuius tamen sanguinis virtute in carcerem
coniectus, ac horrendis in abyssis inferni catenis aded est constrictus: vt
nunquam ipsemet inde sit ad homines tentandos, fructumque prædica-
tionis Euangelicæ impediendum exiturus. Et quamuis Dæmones aliquos
reliquerit, qui in mundo versarentur, omnesque exercitij causa tentarent:
eisdem tamen ita manus ligauit, vt non possint tantum nocere, quantum
ipsi vellent: & si permitterentur, possent. Quamobrem S. Augustinus, æquè
grauiter ait, eum delinquere, qui ab hoc hoste vincitur; atque eum, qui ad
rabidum canem alligatum tam propè accedit, vt ab eo lædatur: qui nisi ac-
cessisset, læsus non fuisset: sic enim dæmon, quamuis tentatione sua alla-
trare possit, non tamen mordere, aut quenquam mactare, nisi libere ijs,
qua ipse suggerit, consentientem. Ad finem tamen mundi CHRISTVS
Dominus Noster draconem hunc è carcere illo liberabit permittetque ex
inferno prodere, & per se ipsum homines tentare, ac nocere quantum po-
terit peccatoribus, qui ipsius tentationibus sese dediderunt. Cuius ira a-
ded erit horrenda, & persecutio furiosa; vt, nisi idem DEVS D. N. tem-
pus illi ad sic nocendum præscriberet, a non foret salua omnis caro. Sed mi-
sericordia diuina tempus illud tribulationis ita limitabit, vt sesqui quartum
annum non excedat: & qui sunt electi eam tolerare, & lærum commo-
dumque ex eadem habere possint. Sic enim persecutio illa nouum quod-
dam erit peccatorum supplicium, ad iustitiæ diuinæ in rebelles fenerita-
em manifestandam: vt simul sit electorum probatio, in quibus diuina gra-
tiæ efficacia manifestetur: & vt omnes aduertamus, quâto nunc bono frua-
mur ob IESV Christi sanguinem, cum draco ille vinctus & ligatus in infer-

S. Greg. li. 7.
Moral. c. 13.
Fl. 22. c. 12.
oan. 2. 3.
Nunc prin-
eps huius
mundi eici-
tuo foras
Vide Riber.
in Apoc. 20.
& Viegas.
ibidem Se-
tio. 2.
Apos. 20. 2.
Matt. 12. 29.

Dæmonis
fracta po-
sentia.

Dæmon ses-
qui quartus
suet annis.
Matt. 24.
2.

no teneatur. Si enim etiā ligatus tantam stragē per suos ministros alios demones in mūdo edidit, quemadmodū apparet in tot Gentibus, Mauris, Iudæis, Hæreticis, improbisq; Christianis, qui se ipsi prostrauerunt: quantam edidisset, si ipsemet liber fuisset: ac porro quantam facturus est, cum liber erit: id enim significat vox illa cælestis: *bea terra & mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam: sciens quod modicum tempus habet*, scilicet ad nocendum. Sed hæc adeo tremēda vox Dei est admonitio: vt tibi statim consulas, aduertens, num Sathan operatus sit in corde tuo *mysterium iniquitatis*. id enim facit, soluendo carnis passiones, quæ sunt dæmones voluntarij, & omnium vitiorum instrumenta. Quare si nosse velis, quando Sathan liber aut ligatus sit tibi, id deprehendes ex iis, quæ in te facit passio gula, luxuria, ira & similia: si enim hæc ligatæ sunt, francoque rationis continentur: signum est, dæmonem tibi esse alligatum; diuinamque misericordiam eum in carcere continere, ne tibi noceat: quod si illa effrenes sunt, signum est, hostem ipsum tibi esse solutum: quia iam *mysterium operatur iniquitatis*, siquidem eum effectum iam in te effecit, quæ operabitur in mundo, quando dimittetur ex inferno. Quid igitur facies miser, videns in templo cordis tui *idolum desolationis*, quod est peccatum? Quomodo non timebis, ne Deus Sathanam contra te soluat, permittens dæmonibus, vt aggrediantur, deiciantque te in alia innumerabilia, donec te omninò deuantent? cur tu non te ijs opponis, & vastare contendis eos, qui te vastare conantur? & cur non tu fortiter alligas passiones, quæ tantam audaciam & potestatem crudelibus tuis hostibus faciunt? o mundi Saluator, qui manus tuas crudelibus fribus alligari permisisti, & in cruce clauis durissimis configi: per hæc tua vincula supplex oro, vt manus Dæmonis ita alliges, vt liceat mihi eas fugere, & euadere: & quando quidem *esortem hunc armatum iam alligasti, eiusq; spolia abstulisti*; ad tuam gloriam spectabit, ligatum adhuc illum tenere, tuaque gratiâ me adiuuare, vt eius ego tyrannidem euadam.

§. 2. *Persecutio Antichristi.*

SECUNDA horrendæ huius tribulationis causa erit Antichristus, quem Apostolus a *hominem peccati & filium perditionis*, appellat: *qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus: ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus*: cuius aduentus erit in virtute Sathana, tanquā homo peccatis omninò immerfus, omniq; vitiorū generi deditus, Luciferi ipsius suggestione deductus ac directus, vt homines a veri Christi Fide abducat. Nam quemadmodū Saluator noster suo aduentu mundū expugnauit, peccatoresque conuertit, triplici eos funiculo trahens, *promissione* scilicet regni cælestis ac bonorū spiritualium; *minis* inferni æternæque damnationis; ac *viuis & efficacibus rationibus*, quæ doctrina suæ veritatem, virtutis pulchritudinem, ac vitiorum fæditatem apertè patefacerent: quæ omnia ad-

b Apoc. 12.
12.

Resistite
diabolo.

c Luc. 11. 22.

2 2. Thess.
2. 3.

Tres funi-
culus Christi.

ed stupendis verisque prodigijs confirmabat; vt manifesto essent testimo-
nio eius diuinitatis ac sanctitatis. Ita Antichristus persecutionem suā excita-
bit, expugnando, & ad se trahendo homines triplici alio funiculo, diuitiarū
scilicet, voluptatum, honorum, aliorumque temporalium bonorum *pro-*
misione; minus horrendorum cruciatuum ac suppliciorum in eos, qui ipsum
sequi detrectauerint; ac *rationibus* Sophisticis titulo iustitiæ & sanctitatis
obductis, quas falsis miraculis prodigijsque adulterinis, ad eō apparentibus
confirmabit: vt, quemadmodum ipse Saluator dixit, sufficerent, b vt (si fieri
posset) etiam *electi in errorem inducerentur*. quæ tribulatio propterea erit ma-
ximè terribilis, quod olim, etsi Martyres cruciatus, & tormenta pateren-
tur, tamen ipsi miracula facerent: sed Antichristi tempore (quemadmodum
Sanctus Cyrillus alijque Patres asserunt) ipse carnifex miracula faciet, Mar-
tyr verò cruciatus & tormenta patietur: quamuis electis non sit lux cœle-
stis defutura, ad miraculorum illorum falsitatem discernendam, & animum
in tantis tribulationibus & calamitatibus resumendum.

TRIPLICI hoc amorum genere vincet mundanos homines Anti-
christus: quæ anima significata sunt per c *Spiritus tres immundos*, quos vidit
S. Ioannes *prodire de ore Draconis, & ore bestia in modum ranarū*. Antichristus
enim eiusque ministri loquaces erunt, & garruli: totamque vim suam col-
locabunt in verborum eloquentia, & specie miraculorum potius quam in
rationum veritate ac soliditate. & ita innumeros post se trahent peccato-
res, quemadmodum licet conijcere ex strage ab Antichristis, qui ipsum
tanquam figura & umbra ipsius præcesserunt, edita. Nam quemadmodum
idem Sanctus Ioannes dicit: d *multos Antichristos factos iam esse*, quales fue-
runt Nerones, Diocletiani, alijque Tyranni, Ecclesiæ persecutores; quibus
tamen Hæresiarchæ præferuntur, quales Arius, Lutherus, Calvinus & alij,
qui falsis argumentationibus crudele illi bellum indixerunt, magnamque
hominum huius mundi partem ad se traxerunt. Et hodie sunt etiam mul-
ti Antichristi laruati, qui tanquam hostes crucis Christi D.N. crudele oc-
cultum bellum illi continè mouent. Tibi verò nominatim Antichri-
stus censendus est, quicumque à verò Christo te trahit aliquo ex prædictis
titulis & motiuis, cuius persuasione si cesseris: iam in te signum recipis, & i-
maginè Antichristi, æmulando quod is facturus est tanquā caput peccato-
rum, qui eius sunt membra. Ac propterea dicitur e *operari* in eis occultū sue
iniquitatis mysterium. Quapropter merito timere debes sententiam contra
eum latā, *si qui characterem bestia acceperit, quod scil. bibet de vino ira Dei, nullā*
admixtā eius misericordiā, sed multis admixtis fæcib⁹, varijsq; ac puris vi-
nis tremendæ eius ira: & cruciabitur igne & sulphure in conspectu angelorū San-
ctorum, & ante conspectum Agni, nec requiem habebit die ac nocte. Accedetque

Tres funi-
culi Anti-
Christi.

b Matt. 24.
24.

S. Cyrill.
Hieroso. Ca.
t. ches. 15.
S. Greg. l. 31.
Moral. c. 13
S. Sidor. l. 1
de summo
bono c. 8.

c Apoc. 16.
13.

Antichristi
prodromi.

d 2. Io. 2.
18.

Antichri-
stus parti-
cularis.

e 2. Thes. 2.
7.

S. Thom. 3.
2. q. 8. 8.
Apoc. 14.
o 12.



*Patientia
Sanctorum.*

maior illa confusio, quod videbis te talia tormenta pati in conspectu eorum, qui vehementer optarunt te praevenire, ut ea evaderes, offerentes etiam tibi veniam. Quamobrem diligenter attende, quid S. Ioannes dicat: *hic patientia Sanctorum est: hic lapis lydius est, in quo patientia dignoscitur virtusque Sanctorum: qui nec promissionibus, nec minis aut rationibus, cedunt Antichristi & ministrorum eius. Cogita diligenter cuius membrum esse velis, & cuius imaginem accipere: an Christi, quae est eius crux cum vita sanctitate? an Antichristi, quae est superbia cum culpa & aeditate? O Salvator dulcissime, tuam imaginem volo, promissionem accepto, minas timeo, rationes amplector, & veneror miracula. His armis oppugnabo peccatum; tuoque hosti resistam, confidens, de tua omnipotentia, quod vincam tandem infernalem eius furorem.*

§. 3. Mundi turbatio.

*a Sapi. 5. 21.
b Matt. 24.
29.
Luc. 21. 25
c Joel. 2. 31.*

TERTIA horribilis illius turbationis causa erit mundi ipsius omniumque eius creaturarum confusio & perturbatio, à Dei Sapia & Iustitia ita constituta ad puniendos peccatores, eò quod illis abuti fuerint: *apugnat enim (ut Sapiens dixit) cum illo orbis terrarum contra insensatos, ut vindictam sumat de ijs, qui adversus eum rebellaverunt. Tunc b sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum: eò quod illi intellectum suum admissis erroribus obscurarunt; lucemque oderunt, ut liberius peccare possent: c luna converteretur in sanguinem: quia illi voluntatem suam peccatorum sanguine defecerunt; b virtutes Caelorum movebuntur, ut supplicij prodigiis malos puniant, qui Dei oblii, virtutum regnum destruxerunt? b stelle cadent de caelo tanquam fulmina adversus eos: quia ipsi à Fide ceciderunt; gratiaque splendorem amiserunt, immergentes se in culpa abyssum. In aere tremenda erunt tonitrua, horrendae ventorum tempestates; eò quod illi permiserunt se vanitatis vento furijque passionum abduci. In terra tremores erunt ac terra motus horrendi: eò quod illi nullam in bono firmitatem habuerunt, sed praetere timore celererunt, ibi timentes, ubi non erat quod timerent, fera fremunt & ululabunt ad eò, ut horrorem & timorem illis incutiant: eò quod ipsi bestiarum mores secuti ab hominum ingenuitate degeneraverunt. Tunc implebitur, quod Sanctus Ioannes dixit de septem Angelis habentibus septem phialas in manibus suis plenas irae Dei: quas cum effunderent in terram, d factum est vulnus saevum & pessimum in homines. Mare fiet tanquam sanguis, & morietur omnis anima vivens in mari; similiter flamma & fontes sicut sanguis, ut aliam potum non inveniant, quam sanguinem, qui sanguinem istorum effecerunt. Sol quoque ignis radios ex se emittit, & astrictos affiget, ut vehementer aestuent, & eorum viscera adurantur. In aere terribiles strépitus, vocesque tremendae audientur; decidentque grandines & sexa-*

*Apoc. 16.
& infra.*

ingen-

ingentia, quæ illos venementer iactant, omniaque comminuant eum ad eò vehementi illorum sensu, vt *proprias linguas mordeant, & manducant præ dolore, & impatientia rabida, blasphemantes Deum cæli habentem potestatem super has plagas*, quibus illos ad eò possit affligere. Hæc omnia euenient impœnitentibus peccatoribus. & quamuis tanta illa tamque horrenda sint, de eis tamen dicit ipse Saluator: *è initium dolorum hæc*: & veluti punctum quoddam, & solum initium eorum, quæ toleranda supersunt, quæ erunt infinita. Denique à quatuor mûdi partibus ignis veniet, qui comburet eos, & in cineres rediget, consumetque omnia pretiosa terræ: qui ignis perseverabit, donec, postquam illi surrexerint; dies ipsa iudicij eos comprehendat, & vltima sententia in eos prolata, tanquam turbo eos rapiet, projicietque in infernum, cuius sunt æterna tormenta: eò quod obstinate voluerint in suis peccatis æternum herere. Quis non timebit te ó Rex gentium? quis audebit ex aureo Babylonis calice bibere, credens se bibiturum calicem vini indignationis iræ tuæ? quis aures suas obduret ad diuinam tuam vocationem, intelligens, venturam super se horrendam ad eò tribulationem, quæ vel ex auditu solo, ingentem incutiat metum? O sol Iustitiæ: ne, quæso, obscureris mihi, aut meas tenebras cesses illustrare, vt luce tua illustratus, ex eis exire cupiam. O virgo sanctissima, pulchra vt Luna: ne mihi conuertaris in sanguinem, tractesque me pro meritis, eò quod ex tua misericordia fructum capere non studuerim! O virtutes cæli, quæ ad errorem incutiendum modis que prodigiosis peccatores puniendos mouebimini: mouemini nunc, vt sancto me timore perterreatis, qui mei sit remediij principiu. O anima mea, attēde, te in medio huius tribulationis versari; & omnino submergēdam, nisi peccatum deponas, quod eius est causa. Attēde *f Deum non despiciere* Sacrificium spiritus contribulati, cordisq; contriti & humiliati: quod si nūc ei offeras, euanescent ipsa tribulatio, cessante culpa, propter quam illa inmittitur: & quando *præ timore imminētis periculi arescem*, alij tu *caput eleuabis* cum magna lætitia ob appropinquantem redemptionem, quam speras. Acquiesce cælestis tui Magistri consilio, dicentis: *Vigilate omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt; & stare ante filium hominis*: ne in eius iudicio confundamini; sed honoremini, præmiaq; recipiatis ob præstitam præceptis & consilijs eius obedientiam.

RELIQVA omnia, quæ in hoc vniuersali Iudicio peccatoribus euenient (quæ fufius expendimus in prima parte Meditationum) efficacissima sunt ad nos excitandos, vt vocationi diuinæ obtemperemus. Tuba, quæ mortuos excitabit, vt surgant, & in iudicio illo cõpareant, cuius voci nullus poterit resistere; miserimum corpus, quod ei dabitur, qui, vt illi indulgeret, diuinæ restitit vocationi; ipsius Iudicis aduentus cum vexillo crucis, emittens

Initium
dolorum.

c Mar. 13. 8.

f Psalm. 50.

Luc 21. 26.
36.

ira radios per loca vulnerum in eos, qui fructum ex eis capere noluerunt: separatio eorum à bonis, qui fuerunt oues Christi, eiusque vocem audierunt: qua separatione ad sinistram Iudicis constituentur, qui vocem illius audire neglexerunt; promulgatio delictorum ac rebellionum, vt ad omnium notitiam perueniant; horrenda Dæmonis accusatio, & propria cuiusque conscientia; asperrima Iudicis reprehensio; vox vitimæ sententia, qua, illos à cælo repellens, ad ignem damnabit æternum; eiusdem sententia executio in conspectu omnium Iustorum, nullo eorum subsidium eis ferente, aut pro eis intercedente; quod terra ipsa aperiat, viuosque trajiciat; & ita claudatur in æternum absque vlla spe Deum videndi, nec se à tot tormentis expediendi: hæc inquam omnia voces sunt & clamores te excitantes, & prouocantes, vt ostendas te ouem esse Christi pastoris æterni, obediendo ipsius voci, & amplectendo quæ iubet ac inspirat, vt peccati statum dimittas. Si enim hoc feceris, fors tua mutabitur; dabiturque tibi corpus gloriosum & splendens; collocaberis ad manum Iudicis dexteram; manifestabuntur opera tua bona, & pœnitentiæ, quas propter mala fecisti; blando & iucundo te aspiciet vultu; honorabit coram angelis & hominibus; compellabit te dulcissima illa voce, qua omnes iustos vocabit. venite benedicti Patris mei: possidete regnum vobis præparatum ab origine mundi: ac demum cum ingenti honore secum deducet ad cælum empyreum, vbi immensæ gloriæ thronum tibi constituet, vt infinitis bonis fruaris, quibus ipse fruitur. O Pastor supreme, qui tuam vitam pro ouibus posuisti, vt eas ab æterna morte inferni que lupis liberares: ouis tua esse cupio, vocemque tuam audire, & vitam imitari: admitte me, quæso, ad veram pœnitentiam, vt in die vltimæ rationis reddendæ merear ad tuam dexteram collocari, & ad regnum tuum tecum ascendere, vbi te fruar in æternum, Amen.

CAPVT XVII.

PECCATORES ORATIONIBVS ET MISERICORDIA OPERIBVS OBTINERE POSSE EFFICACEM SUAM VOCATIONEM & CONFESIONEM.

QUAMVIS exploratum sit, peccatorem ex iustitia, nec vocacionem suam, nec vitam gratiæ promereri posse; quia Dei inimicus nihil facere potest, quod apud ipsum sit meritorium: æquè tamen certum est, ex diuino auxilio posse aliqua opera facere, quæ Theologi dispositiones remotas appellant, quibus disponit se, vt DEVS benignè & misericorditer ipsum vocet efficaciter, oportune

scilicet

scilicet cor eius tanto lumine, talibusque rationibus ac circumstantijs illustrando, & efficiendo; vt ipse reuera vocationi tali consentiens conuertatur. Pro cuius rei maiori declaratione supponendum est discrimen inter Vocationem; quæ dicitur *SUFFICIENTIS*, vt possint conuerti; & eam, quæ appellatur *EFFICAX*, qua re ipsa ille conuertitur. Prima enim erigit quidem caput, excitatque motus sensaque bona interna ad conuersionem: Secunda verò eandem sequitur, & assequitur, liberum eius consensum tandem obtinendo; Prior solet aliqua desideria producere conuersionis, qualia habuit *ORPHA*: posterior hæc producit opera, obices remouet, difficultates vincit, donec homo, re ipsa conuertatur: quemadmodum fecit *RUTH*. illa præuenientibus inspirationibus vocat conuiuas, viresque confert, vt, si velint: ad conuiuium veniant: quòd si se excusent, conuiuetillis, ac in profundo prauarum excusationum illos relinquit; Hæc verò non solum eos vocat, sed quodammodo *a compellit intrare*, & mensæ accumbere, suauis quadam efficacitate efficiens, vt nunciamet, quod prius horrebant; Illa monet Sodomæ flammam fugere, quemadmodum *Loth* locutus est ad generos suos, dicens: *egredimini de loco isto*. sed illi exire noluerunt; quia *visus est eis, quasi ludens loqui*. Hæc apprehendit manum nostram, quemadmodum Angeli apprehenderunt manum *Loth*, nosque educit ex ea, ne cum impijs pereamus. Illa denique generatim nobis aperit prouidentiam *DEI* erga omnes homines, quæ *Omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*: Hæc verò aperit specialem eiusdem prouidentiam erga suos electos, d. *ne quisquam eos rapiat de manu eius*; aut à fire excidant; ad quem sunt creati. Hanc gratiam ad eò excellentem licebit negotiari aliquibus actionibus, quas ipsemet *DOMINVS* inspirat, vt ad eam recipendam disponaris: Quarum actionum præcipuum locum obtinent duæ illæ, quæ *Cornelij Centurionis conuersionem impetrarunt*; cui dixit *ANGELVS*: *e Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ, ascenderunt in memoriam in conspectu DEI*.

§. 1. Oratio.

PRIMUM ex æuenda tibi est fides & fiducia de misericordia diuina, & humili ac perseverante oratione orandum, vt vi tanta te præueniat, vt mutet cor tuum, suoque obsequio perfectè subijciat: Quod si *CHRISTVS* Dominus Noster ostenderit se, quasi non audiat, & dormiat: excitandus est orationum ac suspiriorum clamoribus, quemadmodum a *Apostolice* suscitauerunt: *in nauis dormientem*, cum vi tempestatis in periculo pereundi versarentur. Amplectere Sancti Ambrosij consilium dicentis: *non expectes, vt excitet te Christus; sed potius tu Christum excita*. quasi diceret, ne soli Christo efficacis tuæ vocationis, & conuersionis negotium

relin-

Peccatoris
dispositio.

a Luc. 14. 23

b Gen. 16.
14. 16.Gratia effi-
cax.
c1. Tim 2. 4
d Ioa. 10. 23

e Act. 10. 4

a Mat. 8. 23.
In id. Ps. 36.
Os iusti me
disabitur
apiant.

*Christus excitandus.
h Psal. 43.
23.*

relinquas: sed utens inspirationibus & ordinarijs auxilijs, quibus ille prius te praeuenit excitatq; da operā, ut eundē tu importunis orationibus iterum excites, ut efficaciora, quā cupis auxilia ab eo impetres: dicesque cum Dauid: *b Exurge, quare obdormis Domine: exurge & ne repellas in sinem. Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopia mea: quoniam humiliata est in pulvere anima mea: conglutinat^{us} est in terra venter meus: exurge Domine, adiuua me: & redime propter nomen tuum.* Ter ei dicit exurge, ut ostendat, quā instanter petat, ob necessitatem, qua premitur auxiliij diuini, ad tres verā poenitentiae partes quibus integra & perfecta culpae venia obtinetur. Allegans ex parte sua debilitatem propriam & miseriam; ex parte verò Dei diuinam eius gloriam & omnipotentiam.

Luc. 11. 5.

Ne verò existimes, quando ita se Dominus erga te gerit, atque si dormire eum agrè ferre, quod his clamoribus excitare ipsum contendas, & ad eius fores pulsando sis importunus. memor esto illius parabolae, qua te voluit ab hoc errore praeseruare? *c Quis ait: vestrum habebis amicum. & ibi ad illum media nocte, & dicit illi amice, comoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum; & ille deintus respondens dicat: noli mihi molestus esse, iam osium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possū surgere, & dare tibi. Et si ille perseverauerit pulsans, dico vobis, et si non dabit illi surgēs, eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget & dabit illi quotquot habet necessarios: & ego dico vobis: petite, & dabitur vobis; querite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit, & qui querit, inuenit, & pulsanti aperietur.* Quid ampliùs potuit Saluator noster afferre, ut tibi persuaderet, quā sibi sit gratum, quod in tuis necessitatibus ad ipsum pro remedio confugas? quemadmodum fufius deduximus in alio loco. Sed hoc ipsum nunc ad nostrum institutum applicando: quis (inquit S. Augustinus) est hic amicus, qui noctu ad tuam domum accedit, nisi ipsa anima tua? quae cum lethali aliquā culpa est vulnerata, vagatur extra se per creaturas, sed ad vocationis diuinā pulsū desiderans conuerti, domū ingreditur cordis tui: quam decet hospitio excipere, cibumque offerre, eò quod, sicut filius ille prodigus, valde esuriat; cuius famem nisi pro eius voto saties, peribit. Sed quid facies, si panem nō habeas, quem proponas? confugiendum omninò est ad domum IESU CHRISTI, veri publicanorum & peccatorum amici, quos ex animo cupit iuuare. pulsa ad eius ianuam clamoribus orationis, peccatorisque tusionibus, quemadmodum ille publicanus, accommodatus petens tres panes, tres scilicet poenitentiae actus; panem *Contritionis*, ad peccata deflenda; *Confessionis*, ad eadem ita confitenda, ut verè remittantur: & *Satisfactionis*, ad poenas pro eis debitas exsoluendas. Offeres verò (si tibi hos panes commodauerit) te multis obsequijs eos

Deus ama importunos

*Ducis spirit.
Tract. 1. c. 5.
Serm. 27. e
Verb. Dom.
S. Bern. Ser.
de Rogation*

Tres panes.

d. *Matth. 15.*
26. 28.

exsolururū. Quod si misericors hic Saluator a superiore te vultu respexerit, & quemadmodum Cananea dixerit. *d non esse bonum sumere panem filiorum & mittere canibus:* nō debes animum propterea abijcere, nec a pulsando cessare: vult enim, te importunè agere; vt, quod tibi expedit, obtineas. Quod si perseveraueris, ipse surget ad subueniendum tibi; dabitque tres petitos panes, & quotquot fuerint necessarij, ad tuam salutem & perfectionem. & licet eos non det, eò quod sis amicus: quia quamdiu in peccatis manes, potius es inimicus: ait ipse, daturum se eos tibi ob tuam improbitatem, & fiduciā, quā in ea ostēdis; dicetque tibi quod Cananea: *e d anima magna est fides tua: fiat tibi sicut vis:* accipe quod petis; estoque sana, sicut cupis. Pete itaque à cœlesti tuo Patre hos panes confidenter. si enim *e parentes petentibus filiis panem, non porrigunt lapidem:* neque ipse lapides tibi porriget duritiei & obstinationis, sed panem mollē cordis contriti ac teneri; & *spiritum bonum*, quo desinas esse malus. Quod si contra hoc suggesserit pusillanimitas, cæci illius testimonium dicentis: *f scimus quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.* respondebo tibi cum S. Augustino, illud fuisse dictum cæci cuiusdam non omninò satis instructi: si enim Deus peccatores non audiret, frustra Publicanus dixisset: *g Domine, propitius esto mihi peccatori.* Item Christus D. N. (ait S. Chrysostomus) vniuersim dixit: *omnis qui petit, accipit, siue iustus sit siue peccator.* Verum quidem est, *Deum non exaudire peccatorem, pertinaciter in suo peccato permanere nec euitare volentem occasiones deprauatæ suæ vitæ:* is enim reuera non orat, sed tantum in specie: de quo Salomon, *h qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis, & repelletur.* Si autem cupias peccatū deserre: Deus orationem tuam audiet, qua petis auxilium, vt talis voti compos fias: quia ipsemet tibi inspirat, & ad petendum inducit.

§. 2. *Iustorum & Sanctorum Orationes.*

QUOD si adhuc times, tuas orationes non exaudiendas; quæ te patronos, qui tibi adsint, tuamque causam agant: pete à viris iustis & feruentibus, quos nosti, vt pro te Deum orent. Scimus enim, S. Stephani orationem impetrasse efficacem Sauli vocationem; & Sanctam Monicam suis & aliorum S. S. virorum orationibus conuersionem impetrasse filij sui S. Augustini: estque par credere plurimum iuuisse ad conuersionem RUTH, afflicte Noëmi orationem, dicentis: *a faciat vobiscum Dominus misericordiam.* magnus (inquit S. Ambrosius) est Deus nos. er, qui aliorum meritis, alijs ignoscit, vitæque Iustorum approbatione, peccatorum dissoluit errores. & propterea S. Iacobus Apostolus dixit: *b Orate pro inuicem, vt saluemini: multum enim valet deprecatio Iusti assidua.*

SUNT præterea sollicitè querendæ Sanctorum, qui in cœlo sunt, pre-

Tom. 1.

T

ces; qui

c. *Luc. 11. 11.*Peccatores
an Deus
audiat?f. *Ioan. 9. 31.*

Tract. 44.

in *Ioan. Post*

mediū. 10. 9.

S. Thom. 2.

2. q. 8. a. 16.

g. *Luc. 18. 13.*

Homil. 18.

imperfect.

h. *Pro. 28. 9.*1.
Iusti implorandi.a. *Ruth. 1. 8.*Lib. 5. in *Lu.*b. *Iaco. 5. 16.*

2.

Sancti in-
uocandi.

c. 2. Ma-
hab. 15. 14.
d Gen. 40.
23.

3.
Serm. 35. de
Sanctis.
B. virg
patrocinii

Luc. 1. 41.

Joan. 2. 8.
Par. Med.
1. G. P. 3.
Medit. 9.
Serm. 2. de
Pent. & ser.
4. de Assum.

ces; qui omni dubio procul feruentissimè orant pro peccatoribus, qui sese illis in terra commendant. Si enim adhuc in mortali hac vita manentes, periculis pleni, & aliorum pro se orationibus indigentes, id præstabant; quanto melius id faciunt in cælo, vbi nulla necessitate, aut periculo laborant. & si Ieremias post mortem suam, cum esset in Limbi carcere, continuè & c. *multum orabat pro populo*: quanto magis orabunt Sancti ab illis carceribus liberi, Deoque in paradiso deliciarum fruantes. Non sunt sancti, sicut d. *Propositus* ille *pincernarum Pharaonis, qui succedentibus prosperis obliuiscit interpretis amici sui*, quem reliquerat in carcere; nec obliuiscuntur nostri, qui simul nobiscum fuerunt vincti: quia eorum prosperitas non imminuit Charitatem; sed lucrum potius reputant, quod ex peccatorum nostrorum compedibus liberati, æterna requie cum ipsis fruamur.

PRÆ omnibus autem quærenda est tibi Sacratissimæ Virginis intercessio quæ (teste S. Augustino) eò solicius & efficacius hoc præstat officium, quod est omnibus sanctis melior, eò quod sit mater, Aduocata, & patrona peccatorum, ac præcipuum filij sui instrumentum, quo ille ad eos vocandos & iustificandos utitur; applicando eis propter ipsius orationes, copiosæ redemptionis suæ fructum. In cuius rei testimonium voce ac verbo ipsius virginis fecit Verbum incarnatum primam vocationem, primamque peccatorum remissionem, quam in hoc mundo peregit; cum scilicet præcursorem suum Ioannem iustificauit. Et ob eiusdem intercessionem fecit primum illud opus, & prodigiosam mutationem aquæ in vinum: quemadmodum suo loco perpendimus. Quis enumerare poterit conuersiones & stupendas mutationes, quas noster Saluator ad suæ matris preces perfecit? & quis non est expertus eius intercessionis efficacitatem, si ad eam confugit confidenter? per te ô Virgo gloriosa, ait S. Bernardus, cælum habitatoribus repletur, infernus verò spoliatur: omnibus misericordiæ tuæ sinus aperis, vt omnes de tua plenitudine aliquid accipiant: captiuus, redemptionem; infirmus, sanitatem; tristis, consolationem; peccatores, veniam; iusti, gratiam; angeli, lætitiã; Sanctissima Trinitas gloriam: Filij persona, carnem humanam. Meritò in te respiciunt oculi totius creaturæ: quia in te, & per te benigna manus Omnipotentis, quicquid creauerat, recreauit; hominem reparans, qui perierat. *Sileat misericordiam tuam Virgo beata, si quis est, qui inuocat te in necessitatibus suis sibi meminerit defuisse. Et si quidem omnes, tuas misericordias sunt experti, cantent omnes tuas laudes.* Hæc Sanctus Bernardus, experientiæ cuiusque Beatissimæ Virginis fauorem & præsidium remittens, quod in ea inueniet, si ad eam seridè recurrerit. Ne itaque diffidas peccator, quin obtinere possis, quod intendis. Nam si tua peccata deterrent, ne ad ipsum CHRISTVM Seruatorem nostrum accedas eò quod etiam sit Iudex:

ad ma-

ad matrem recurre, quæ non Iudex est, Sed Aduocata. Ac propterea ait Sanctus Anselmus, per eam citius animæ tuæ salutem impetrabis, quam si ad solum eius filium accederes: cuius iustitia retrahere solet misericordiam, ne statim concedat quod petitur à peccatore, utpote eius indigno: At mater, ad quam non spectat iudicare, sed patronam & aduocatam esse, ita suis precibus vrget, vt præualeat misericordia Iustitiæ, dimittatque ad ipsam confugiendi.

EXPEDIT tamen obseruare, quid acciderit in duobus prodigijs, quæ Christus D. N. per matrem suam est operatus: Nam ad primum ipsa mater Virgo ex inspiratione Dei contulit se in domum Zachariæ, non vocata neque inuitata; in altero autem & vocata fuit, & inuitata ad nuptias: vbi statim atque vini defectum cognouit, compassione permota, ad filium accessit, vt prouideret. Quid autem hæc varietas aliud tibi insinuat, quam vt cognoscas duplicem modum, quo beatissima Virgo fauet, adiuuatque sibi deuotos. Interdum enim ipsamet proprio motu, nec vocata accedit, ad miseras tuas reparandas; & in domum tuam ingressa suis te replet misericordijs: Interdum verò vocari vult, & inuitari; pijsque orationibus & obsequijs, excitata in te magna erga ipsam deuotione, ad tuam domum deduci. Quòd si tali in eam pietate affecto, euenerit ob tuam imbecillitatem, vt amoris DEI vinum aut Spiritus feruor deficiat, ad eam ipsa est pia mater, vt causam tuam apud filium agat; vt aquam in vinum, cordisque frigiditatem in Charitatem inflammatam conuertat, ad tuam debilitatem & miseriam reparandam.

INTERCESSIO denique Sanctorum Angelorum est procuranda, qui nos custodiunt, nostramque salutem sibi habent commendatam; & (vt Apostolus loquitur) sunt e *administratori spiritus*, ad eam nobis procurandam. Nam etsi suum officium ipsi curent diligenter; par est, te non negligere tuum; sed eos orare, vt suam diligentiam accelerent. Hi sunt Angeli, qui te, quemadmodum *f Loth ex Sodomis*, deducunt ex mundo ne in eius igne pereas: Hi te, quemadmodum *g Cornelium Centurionem*, monent, vt medicum aduoces, qui possit animam tuam sanare. Hi aduolabunt ad te, quemadmodum *h Isaiam*; purificandum: quando tuorum peccatorum fœditatem illis aperueris, cum desiderio, vt ab eis munderis. Et quamuis sint Seraphini in diuinis laudibus decantandis occupati, libenter tamen accedunt ad peccatorum labia purganda: quòd dignè possint easdem laudes cum ipsis cantare. Nam quò magis ipsi amore diuino ardent, eò magis desiderant reliquos omnes eodem amore ardere.

lib. de excel. Virg. c. 6.

B. V. vult subinde inuitari.

SS. Angelorum intercessio e Heb. 1. 14.

f Gen. 19. 4. 16.

g Act. 10. 5.

h Isai. 6. 7.

§. 3. *Eleemosyna & opera misericordie.*

a Pro. 15. 17
b cap. 10. 6.
Eleemosyna
disponit ad
conuersionē
c Tob. 4. 8.

d c. 10. 9.

e Dan. 4.
24.

Serm. 6. ad
frat. in He
remo.

Misericor-
dia enomi-
um.

Vide in Pra
to spir. t. c.
173. exemplū
Zenon. Im-
perat.

f Psal. 40.
g Matt. 5. 7

RATIONI adiungenda est sociā eius Misericordia & Eleemosyna, quā ab ea procedit; cui sapē attribuit Scriptura sacra admirandos effectus ad peccatores conuertendos, ad peccata remittenda, & à morte aeternaque damnatione liberandos. Salomon enim dicit: *a per misericordiam & fidem purgari peccata: b ex misericordia ac veritate redimi iniquitatem.* nō quod hæc proximum sit Antidotum, expellens prauos eos humores; sed quia Syrupi instar cor disponunt ad veram contritionem, quā illos expellit, obtinendam: estque instar pretij, quo peccata remittuntur. Et S. Senex Tobias præclarum illud filio suo dedit consilium: *c quomodo potueris, ita es; o misericors: si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude: quoniam eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat & non patietur animam ire in tenebris inferni.* Idq; Angelus Raphaël confirmauit, dicens: *d quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & fecit inuenire misericordiam & vitam aeternam.* Et hoc nomine S. Daniel cixit Nabuchodonosori Regi: *e Rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redi me, & iniquitates tuas misericordius p asperum: forsitan ignoscet delictis tuis Deus, euadesque pœnas, quas Deus propter illa tibi minatur.* Quæ omnia memorabilibus hæc verbis S. Augustinus est complexus: Misericordia ad Deum dirigit hominem; Deumque deducit vt habitet in homine: quid enim Christum incarnauit, nisi misericordia? quid eum subiecit nostræ miseræ, nisi sola clementia? O beata misericordia, quæ sola com mercium nostræ salutis agnouit! O infinita misericordia, quæ sola potuisti trahere hominem de cælo ad terram, & hominem de exilio ad regnū erigere! ô magnum misericordie vinculū, quo Deus ligari voluit, & potuit; & homo ligatus, vincula iniquitatis suæ dirumpit? Hoc lignum est, quo Moyses aquas dulcorauit; hoc est sal, quo Elisaus aquarū sterilitatem sanauit; hæc est farina, qua idem Elisaus mortem, quæ in olla erat, extirpauit; hoc est oleum, quod Samaritanus infudit vulnerato; hæc aqua Iordanis, qua curatur lepra Naaman Syri. Amate ergo fratres mei misericordiam: quia nunquam vidi pium hominem mala morte finiri. Hæc S. Augustinus, cuius testimonium & experientia magni facienda est, vt credamus, misericordiam impetrare efficacem vocationem, & ante mortē conuersionem, ne misericors pereat in aeternum. Nam f *DEVS* (vt ait David) *in die mala liberabit eum: qui intelligit super egenum & pauperem, curamque eorum habet: & Christus Seruator noster dixit: g Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Beatus eris, si alienarum miseriarum senseris compassionem: quia *DEVS* tuarum miserebitur. Si infirmos visitaueris, *DEVS* te in tuis infirmitatibus visitabit; si vestieris nudos, ipse suis gratijs & virtutibus

te in-

reinduct; si peregrinos hospicio exceperis in domo tua, excipiet te ipse in caelo sic captiuos redemeris, ipse te redimet ex inferno; si mortuos fueris consolatus, consolabitur ipse te in tuo mœrore; si illatas tibi ab alio iniurias condonaueris, Deus peccata condonabit, quæ admisti; efficaciterque vocabit, vt veram instituas pœnitentiam. Hæc fuit vna ex præcipuis dispositionibus, quæ R V T H suam conuersionem impetrauit; vt ex verbis deducitur ipsius Noemi ad nurus suas: *h faciat vobiscum Dominus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis & mecum.* ita Hieronymus obseruat scribens ad Sanctam Paulam. Noemi, inquit, fugiens famem in terram Moab, maritum amisit, & duos filios, quæ cum esset ab omnibus suis deserta, R V T H tamen Moabitibus nunquam voluit eam dimittere. Attende, quantifuerit meriti, desertam illam consolari: propterea enim id p̄merita est, vt ex eius genere Christus nasceretur. Exaudiuit D E V S pauperis ac desolatæ Noemi orationem, exhibens R V T H, quæ eius misera fuerat, misericordiam: scriptum est enim *i desiderium pauperum & orationem exaudiuit Dominus.* Et quoniam pauperes duplex habere solent desiderium: alterum proprii remedij, alterum vt retribuatur D E V S ijs, à quibus ipsi subsidium & solamen acceperunt: vtrumque exaudit cœlestis Pater, inspirans alijs, vt ipsis subueniant, & illos remunerans si fecerint. Et quamuis pauper ipse pro Eleemosynam sibi faciente non oraret, *k ipsamet* (ait Ecclesiasticus) *in corde & sinu pauperis conclusa exorabit pro faciente illam, vt liberetur ab omni malo.*

NON tamen absque mysterio adiecit N O E M I in sua precatione verbum illud, *sicut fecistis cum mortuis*: quia si misericordiæ opera viuentibus exhibita multum valent, ad placandam Dei iram: non minus valent, quæ defunctis exhibentur, in eorum corporibus sepeliendis, ad sepulchrum deducendis, & eorum animabus per suffragia adinuādīs: vt à Purgatorij pœnis liberentur. Eò enim maior censetur misericordia, quò maior est miseria afflicti, & minus potest ab ea se liberare. Et quoniam defuncti suas misérias per se non possunt reparare, nec ab alijs petere, vt subueniant: insignis est misericordia, ad eam reparandam accedere; & valdè impellit ipsum D. N. ad nostras reparandas, iuxta quod Rex Dauid iussit significari viri labes Galaad: *i benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, & sepeliistis eum. Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam & veritatem: sed & ego reddam gratiam, eo quod fecistis verbum istud.* Quare etiam est credendum, ipsas animas, quorum corporibus hæc misericordiam exhibemus, & multò adhuc magis, si ipsimet aliam exhibeamus, liberando eas ex purgatorio, ostensuras se nobis gratas, orando supplices ipsum D. N. vt eius misereatur, qui illarum est misertus. Quod obrem ait Scriptura: *m Sanctam esse & salubrem cogitationem pro defunctis exor.*

Ruth misericors.

h Ruth. 1. 8. Epist. 25 ad Paulam.

i Psal. 9. 17.

k Eccl. 29. 15

Suffragia pro defunctis.

12. Reg. 2. 5

m 2. Mach 12. 46.

Serm. 44.
ad Fratres
in Eremo.

re, ut à peccatis soluantur: non solum ob ingens bonum, quod illis procuramus; sed etiam quod nobis inde prouenit. Festinate (ait Sanctus Augustinus) orare pro defunctis Ecclesiæ, ut & illi festinent procurare, ut ipsis in gloria coniungamur. Si erga mortuos erimus misericordes, mala morte non peribimus: quia DEVS nos proteget in hac vita; & postea deducet ad æternam.

S. 4. *Qualis debeat esse misericordia, & quòd à propria anima sit inchoanda.*

SEd fortè sollicitos nos reddet, quòd historia Sacra præsupponat, afflictam NOEMI pro utraque nuru RVTH & ORPHA Dominum orasse, eò quòd utraque misericordiam fecerit cum ipsa, & cum defunctis; & tamen sola RVTH conuersionis misericordiam est consecuta; altera uerò redijt ad suam idololatriam. quòd si tantum potest exhibita misericordia, & pauperum, in quos illa exhibetur, oratio: unde proueniet, in aliquibus peccatoribus bonum sequi exitum, in alijs non irem? Huic occultæ ad eò grauique difficultati sufficienter liceret respondere ex illa solemnè ac decantata S. Augustini sententia, dicentis: magnam esse diuinæ gratiæ laudem, quòd nullus ad Christum ueniat, nisi Pater cælestis eum traxerit. Sed nisi uelis errare, abstine ab eò iudicio: Cur DEVS hos trahit, illos non trahit; & cur hos potius quàm illos? Accipe semel hoc salutare consilium: & si non te trahit, ora Deum, ut te trahat: & benè tuum negotium expedieris. quasi diceret: nè temerè examinare audeas, cur DEVS D. N. efficaci uocatione quosdã peccatores uocet, potius quàm alios? quia facilè in abyssu occultorũ eius iudiciorum submergeris: sed ingressus abyssum peccatorum tuorum supplex ipsum ora, ut te efficaciter uocet & ex illis educat. Agnosce & confitere, Deum esse misericordem, ut omnibus det quod ad conuersionem illis sufficit; absq; vlla uerò iniustitia non exhibere aliquibus speciales fauores, quos ex mera sua gratia alijs exhibet. Et iure optimo noluit DEVS D. N. facere legem infallibilem, & regulam generalem conuertendi oēs peccatores eleemosynarios, aut Sanctorum aliquorũ deuotos: quia facile hinc acciperent multi occasionem in suis peccatis perseuerandi, cum ea fiducia, quòd ad uitæ finem essent ab eis liberandi, quod in graue detrimentum cederet honoris Dei, eius Sanctorum, & reliquarũ uirtutum, atq; ipsius misericordiam. Nam qui uerè est misericors, quemadmodum cõpatitur alienis miserijs, ita debet proprijs, & multò adhuc magis spiritualibus, quàm corporalibus: cum illæ sint sine comparatione maiores, iuxta Ecclesiastici sententiã dicentis: *miserere anima tua placens Deo.* hoc est, si conscius sis, quod anima tua deciderit ex gratia Dei: miserere ei ob ad eò magnam miseriam; & stude illã ab ea liberare, eam à tali culpa mundãdo. Quamobrè dixit S. Augustinus: eos qui liberio rem uitam ducunt, nec adhibent curã emendandi

Oculi ad Dei
iudicia cir
ca uocatio
nem efficacẽ
Tract. 20. in
Ioan. 6. Noli
iudicare, si
non uis er
rare.

Charitas sit
ordinata.
a Ecl. 30.
24.
In Enchirid.
6. 7. 75.

viria sua, & interim tamen multas faciunt eleemoynas, frustra existimare se esse securos, propterea quod Christi D. Phariseis dixerit: *b date eleemoynam: & ecce omnia munda sunt vobis*: quasi sola eleemoyna absq; fide & charitate posset animam expurgare. quamobrem vt huius Christi D. promissionis sint participes, necesse est, eleemoynam ordinatè incipere à se ipsis; exhibendo illà in primis animæ suæ. hæc enim spiritualis eleemoyna hominè purgat, ex qua vim suã & valorè accipiunt, quæ alijs pauperibus exhibentur. Ex quo fit, vt, qui suis eleemoynis confidens, est in suam animã crudelis, permittens illam in sua culpa hærere: non possit esse securus, quòd obtinebit à Deo misericordiã. Et vt hoc incommodũ Daniel auerteret, dum suã sit Nabuchodonosori, vt *c peccata sua eleemoynis redimeret*: non promisit absolutè eorum veniam; sed sub aliquo dubio: *forſitan* (dicens) *ignoscet tuis delictis* D E V S: ne scilicet ob spem, quam in eleemoynis collocaret, vellet in suis delictis hærere. Imò valdè timendum est; eum qui deprauato ad eò animo eleemoynam facit, non esse verè misericordem; sed in specie solum; quærentem potius honorem proprium, quàm diuinum, sicut illi qui eleemoynam facturi, *d tuba prius canebant*, vt inani ostentatione sese cõmendant: de quibus Christus D. N. dixit: quod *recepissent mercedem suam*: qui enim gloriam potius ab hominibus quærunt, quàm suorum peccatorũ veniam à Deo: non mirum est, si D E V S in eisdem eos hærere permittat. Et fortè propterea O R P H A non est misericordiam consecuta, quemadmodũ R V T H: quia eius misericordia non fuit sincera, sed tantũ in specie, pauculas lacrymas in præsentia N O E M I fundens, & propensionem aliquam ostendens eam comitandi, quam tamen mox solã deseruit. quod genus misericordiæ non excitat in Deo commiserationem: potius de ea conqueritur dicens per Prophetam Oseam: *e quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? misericordia vestra, quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens*. quasi diceret: incipitis ostendere vos misericordes in pauperes, velleq; in eos effundere vestrarũ eleemoynarũ rorem, & pluuiam: sed citò nimis facti pœnitètes, cessatis, vestræ utilitatis intuitu, sicut nubes & rōs qui solis ardore statim dissoluuntur. qualis itaque vestra est misericordia erga proximos, talis erit mea erga vos. Nam instar nubis & roris copiosam meorum donorum pluuiam vobis dedissem: nisi obstarer vestra culpa. Examina itaque frater, quem habeas misericordiæ modum, iuxta prædictas regulas: & si verè vitam mutare cupis, sentis verò debilitatem & difficultatem in eo, stude rectã intentione exercere opera misericordiæ, vt D E V S debilitatis tuæ misereatur, detque tibi veram animæ tuæ misericordiam, & vires, ad eam ex miseria sua per opera pœnitentiæ educendam.

Ex dictis intelligi potest, quàm periculosum obicem ponant efficaci
diuinæ

b Luc II.
47.

c Dan. 4.
24.

d Matt. 5. 2.

Misericordia sit sincera.

c Osee, 6. 4.

diuinæ vocationi, qui struthionis viscera erga suos proximos gerunt: eam enim cordis duritiem, quam ostendunt in exaudiendis pauperum clamoribus, punit Deus D. N. permittendo eandem ipsos habere duritiem in audiendis inspirationibus diuinis, & vocibus Concionatorum, ita vt obsurdescant ad illas, easque ita conculcent, donec aridi omnino & saxorum instar duri fiant ad actiones omnes pias; & sic in mala sua vita pertinaciter perseuerent, donec eos mors occupet. Cuius rei tremendum exemplum habemus in illo infelici Nabal Carmelo, à quo Dauid in extremacibi necessitate constitutus, aliquod sibi suisque subsidium petiit, allegans multa bona, quæ ei fecisset in deserto: quod tamen Nabalei negauit, addens etiã verba in Dauidem iniuriosa, dicens: *f. Quis est Dauid, & quis est filius Isai. tollam ergo panes meos & carnes pecorum, qua occidi tuis foribus meis, & dabo viris, quos nescio unde sint?* in quo responso ignorantiam aperuit & stultitiam iuxta nominis sui significationem: quemadmodum prudens Abigail eius vxor postea Dauidi dixit: Nabal enim insipientem significat; & quidem valde fuit insipiens, qui Dauidem non nouit; à quo tot bona acceperat; quemadmodum eius famuli & agnouerunt, & falsi sunt: quia excæcati non erant passione auaritia & crudelitatis, quemadmodum ipse herus. Quem tamen paulò post diuina iustitia comprehendit: siquidem in suæ crudelitatis penam, *emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis, & post dies decem percussit eum Dominus, & mortuus est.* Hoc ipsum itaque suo quodam modo euenit diuitibus huius seculi, illisque omnibus, qui à sua cupiditate & crudelitate raptati, cum non agnoscunt, qui per os pauperis & egeni petit elemosynam, verum scilicet Dauidem Iesum Christum Seruatorem nostrum, quemadmodum ipse asseuerauit, dicens: *g. Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis: & quamdiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis.* mihi, ait ipse, denegas elemosynam, quam petenti pauperi non tribuis; Mihi, qui te ex nihilo creauit, qui tibi dedi quicquid habes, & idem conferyo; mihi, qui sum murus, tuarumque rerum omnium protector in huius vitæ deserto, sine cuius protectione omnia tibi deficerent: cur ergò me nõ agnoscis? cur tantis beneficiis ingratum te prebes? cur mihi ita inurbanè respondes, dicens meis pauperibus iniurias; qui mei sunt, mihi que incumbit, eos sustentare? quomodo qui aded es effulus in tuis facultatibus expendendis ob tuam voluptatem & vanitatem, & erga tuos domesticos: aded es parcus & auarus ad faciendam elemosynam uis, qui in domo mea necessitate premuntur, an non ex tuorum conuiuiorum superfluis poteras meos pauperes sustentare? Sed quandoquidem cor lapideum erga eos geris: cor tuum emoriatur intra te, fietque sicut lapis tuâ culpâ induratum, pœnæ non tibi inuentient timorem, quo humilieris &

iub

f. Reg. 25.
10. 37.

g. Matth. 25.
40. 45

Immisericors induratur.

subijciaris; sed stuporem, quo omnino abijcias animum; & viuens rebus terrenis, eris tanquam mortuus & absque corde ad cœlestes: donec in tua duritie moriaris, & gratiæ vitam in æternum amittas. O supplicium horrendum! *ô iudicium sine misericordia iis, qui non faciunt misericordiam*. *ô cæci insipientis Nabal imitatores, i si sciretis donum Dei, & quis sit, qui in ipso paupere vobis dicit, sicut Samaritanæ: da mihi bibere: daretis ei procul dubio quicquid peteret: & tunc tantundem ab eo petere possetis, ipseque daret vobis aliquam vinam, quæ vestræ cupiditatis ignem exstingueret, animæque maculas elueret, centuplum vobis reddens eleemosynæ sibi datæ. Nam pro gratiarum actione, quod pauperis vocem audiistis, vocabit ipse vos tali vocatione, vt eam audiatis, & pro eleemosyna bonorum terrenorum, copiosissimam faciet vobis bonorum cœlestium.*

CAPVT XVIII.

*SYMMARIUM RATIONVM, OB QVAS DEI
vocationi sit parendum: & solutio inanium excusationum,
quas ignaui & pusillanimes pro se afferunt.*



MEDIORVM, quæ ex nostra parte adhibentur, ad vocationem diuinam ita audiendam, vt efficacitatem suam re ipsa habeat, suauissimum & efficacissimum est attendenda & profunda ratio- num, quas ad id hæcenus adduximus *Meditatio*. Quæ rationes ex se ipsis sunt aded fortes, vt absque vlllo dubio intellectu conuincant, & voluntatem permoueant eius, qui magno spiritu bono- que desiderio eas perpenderit. Quod quia non fit, innumeri sunt, qui diuinæ vocationi resistent, ac pereant, quod sensit Ieremias Propheta, cum dixit: *a desolatione desolata est omnis terra: quia nullus est, qui recogitet corde, quia scilicet non incumbunt serid, cum attentione & affectione cordis, vt cogitent mala, quæ patiuntur; remedia, quæ habent; vocesque Dei vocantis, vt eos ab eis liberet. Si enim cum Spiritu hæc recogitarét, adesset lux cœlestis, tales in eis sensus efficiens, vt eorum corda mutare valerent. Vt itaque eas rationes aptè noueris meditari, earum summam hic tibi proponemus, in sex puncta distributas: quis videlicet sit Dominus, qui vocat; & quis tu, qui vocaris; ad quid voceris; & quæ ratione: quàm deinde sint leues & inanes excu- sationes, quas adfers, ne Dei vocationem exaudias: ac denique damna, & incommoda, quæ ex non audita tibi proueniunt.*

§. 1. *Particularis quatuor harum rationum consideratio.*

PRI MV M itaq; considera, eum, qui te vocat esse Deum, sapientiam in- finitam, amatorem æternū, immensum, omnipotentem, infinitè bonū,

Tom. 1.

V

pulchrum,

h Iacob .2.

3.

I Ioan. 4. 10.

Meditatio
peccatori
necessaria.a Ierem. 12.
21.sex consi-
derationes.

Primum
punctum.
Quis voca-
tur
Deus.

Jer. 17. 11

2. Punctum
c. Mat. 18. 12
Luc. 15. 4.
Quem!
Peccatorem

pulehrum, ac diuitem: qui si te ad suum obsequium vocat, nō id facit, quōd te indigeat; sed quōd tu ipso indigeas: ipse verō delectatur cum benē tibi facit: quia ipse bonus est. Qui te vocat est creator, qui ex nihilo te condidit; Pater, qui tibi dedit, vt esses; Redemptor, qui proprio sanguine te redemit; prospector omnium, quæ ad tuam vitam sunt necessaria; Magister qui tuas ignorantias discit; Medicus, qui tuis medetur morbis; Iudex, qui te in hora mortis est iudicaturus; ac denique Rex, qui te sit remuneraturus, aut puniturus pro meritis. Quid igitur magis est rationi consonum, quā creaturam, sui creatoris vocem audire; *filium*, parentis; *seruum*, Domini sui; *egenum*, eius, qui necessitati possit subuenire; *discipulum*, sui magistri; *infirmum*, sui medici; *reum*, sui iudicis. & *subditum*, sui Regis: à quo & præmium & pœna æterna dependeat: quōd si hoc aded est rationi consentaneum: quā eidem aduersabitur, quōd illius Domini voci obsurdescas, in quo tot sunt nomina ac tituli, quibus verē obstringaris, vt illum audias? si *ovis*, (quemadmodum Christus Dominus ipse dixit) cum sit animal rationis expertus, proprii sui pastoris vocem audit, eumque præcedentem sequitur: cur tu homo ratione præditus vocem Dei, tui proprii, ac veri pastoris nō audis, nec ei statim pares, vt facias quicquid tibi præcipit? & si (vt ait Ieremias) *hæperdicimus pullus*, quem falsa mater incubans eduxit, cum primū vera matris vocem & illicem audit, ficta matre relicta, eam sequitur: tu qui falsis illecebris per tyrannidem à Dæmone detineris, cur non audis IESU Christi veri tui Patris vocem, falso & fraudulento prædatore relicto? pudeat itaque te, lumine rationis & fidei illustratum, non facere quod aues illæ instinctu solo nature faciunt: discere ab eis supremi huius Imperatoris vocem audire, quem audiunt, & obediunt Angelorum Hierarchiæ. est enim infinite dignus, cui infinita obedientia, si ea esset possibilis, obediatur.

Hinc obligationi noua alia accedit ex vilitate eius, quæ DEVS dignatur vocare, si enim attentē desideres, quis sis, inuenies, ex te ipso *quem* te esse scabiolam, turpem, & à reliquo grege *errantem*, absq; proprii pastoris protectione, ab infernalibus lupis circumdatam, qui fame & siti insatiabili animam tuā deuorare, & sanguinē exhaurire contendunt: à quorum rabido & furioso ore proprijs viribus te non possis liberare. Es veluti *drachma*, siue numus cælestis Regis imagine cufus: aded tamen defædatus & obscuratus, vt solus, qui te creauit, reformare possit, primæq; figuræ & pulchritudini restituere. Es deniq; *homo* quidā quoad spiritum pauper, infirmus, claudus, & cæcus, Dæmonis mancipium, peccatorum tuorum carnis constructus, & secundū præsentem iustitiam, ad inferni tenebras damnatus manibus pedibusq; solidissima obstinationis catena adstrictus, libertate & spe amissa inde in æternum exeundi. Et quamuis sis talis, sicut iam dixi, lo-

co pæ-

co pena, quam es pro meritis, dignatur vocare te semel & saepius ad suum obsequium. Quomodo ergo praeremittes, eius vocationi parere, nisi aded es excaecatus, vt propriam miseriam non agnoscas? *Od sardi* (ait DEVS per Isaiam) *cur non auditis? o cæci, cur non intuemini ad videndum? sed quis cæcus nisi seruum meum? & surdus, nisi ad quem nuncios misit? quis cæcus nisi qui venundatus est, & tradidit se peccato, cum teneretur seruus esse Domini? Tu es ille cæcus, nisi necessitatem, in qua es constitutus, agnoscas; & tu idem es surdus, nisi vocem huius Domini audias, qui vult tibi subuenire.*

ET nisi omninò sis cæcus, tertiam rationem considera, ad quantam scilicet felicitatem te vocet, & aduerres quanto beneficio, gratiaque te afficiat, cum dignatur vocare. Vocat enim ad gratiæ vitam, ad virtutum pulchritudinem; ad pacem, quæ exuperat omnem sensum; ad Spiritus diuini gaudium, & ipsummet Spiritum S. accipiendum, qui habitat in te tanquam protector & consolator tuus, & tanquam sponsus animæ tuæ. Vocat etiam vt membrum sis viuum Ecclesiæ, particeps meritorum IESU CHRISTI, eiusque Sanctorum; ad cænam regiumque conuiuium, quod iustis instituit DEVS. Et vt dignè cæna illi adsis, nuptiali, hoc est charitatis veste te induet: dabit oculos vitæ fidei, feruentium affectuum pedes ac vires ad heroica sanctitatis opera præstanda. Et quid vis amplius? etiam vocaris ad hæreditatem cælestem, ad societatem Angelorum, ad claram ipsius Dei visionem, & fruitionem ad ingressum in gaudium Domini tui, & bibendum vsque ad satietatem de torrente voluptatum eius. Ad denique ad omnia bona possidenda, quæ præparauit DEVS diligentibus se; quæ aded sunt copiosa & magna, vt neque oculus viderit, neq; auris audierit, nec in cor hominis ascenderit, quàm sit excellens eorum magnitudo. Et quandoquidem tam es addictus proprio bono, ostende hunc humanimum, respondendo vocationi, quæ fons est aded grandium bonorum.

NE o minus alliciet te ad respondendum huic vocationi, si modos perpendas quibus vocaris. Nam ipsemet DEVS descendit de cælo, vt te equareret, quasi nullam aliam præter te ouem haberet: *vultq; te imponere in humeros suos, aded gaudens, vt ab amicis, & vicinis petat sibi congratulari, quòd te inuenerit.* Et quamuis tibi sit iucundum in tui pastoris humeris portari, ipse tamen haud dubiè sensit onus aded graue, vt fecerit ipsū flectere, vitamq; in cruce exponere. Cur ergò nò finas te à tã bono pastore portari: eius oculi te ducunt, pedes portant, manus tenent; humeri sustentant, suoq; collo tanq; torque coniungit, honori sibi tribuens, q; te eo afficiat honore: vt & tu honorè tuum reputes, quòd eum sequaris, qui suū reputat, quòd te vocet: Attende etiã quot faces accèderit, vt per mille vias te quæreret, per miracula, exépla

d/ai. 42. 18

3. Punctum
Ad quid!
Gratiam
& gloriam.

1. Punctum
c Luc. 15. 4
quomodo!
per se ipsū.

sermone ac libros variis deniq; illustrationibus teuebras tuas illustrando. Quoties ad ostium tuum pulsauit, aduersitatibus tam proprijs, quam aliorum ad te excitandum? quot beneficiorum catenas in te coniecit, vt ad suū obsequium pertraheret? Quot beneuolas inspirationes in cor tuum, vt illud emolliret, est iaculatus? Quid igitur est, quod necdum te illi dedas, & ad praestandum, quod perit, subijcias? si vilis aliquis homo essēs & abiectus, Rexque terrenus te vocaret, vt in aula sua & propria camera illi seruires, magna tibi offerēs stipendia; gratiasque promittens magnas: fortunā procul dubiō tuā hic agnosceres, & in momento, quod tibi proponeretur, amplectereris: quanto igitur maior felicitas tibi esse reputāda, quod talē te Deus, & Dominus talis te vocet, & ad rem tantā vocet? si hoc non intelligis, dico, te non esse hominem; si non magni, vt par est, aestimas, dico, te esse bestiam; quod si contempnas: quid dicam, nisi quod videaris esse demon. si enim aliquid hominis habeas, nec Dæmon cordis tui dominium acceperit, cedes procul dubiō firmis ad eō rationibus, summæque felicitati tribues, quod requirat Deus obsequium tuum in domo sua.

§. 2. *Contra pigrorum excusationes.*

Cum ea, quæ diximus, ita se habeant, quam excusationem afferre poteris, ob quā diuinæ vocationi non acquiescas? & quamuis ex prædictis oēs, quas afferre possis, solutæ maneat ac refutatæ, audi tamen quid tibi dicat Sapiēs, per cuius os Spiritus S. loquebatur: *appropia te ad me indoliti, & cōgregate vos in domū disciplina. Quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his quæ hætenus vobis dixi, quas excusationes afferre potestis? anima vestra aridissima sunt, sicutq; vehementer torē cælestē. Aperui os meū & locutus sum, vt vos doceā: comparate vobis sine argento & collū vestrum subicite iugo, obedientes meis consilijs: suscipiat anima vestra libenter disciplinam & adhortationes meas: in proximo est enim inuenire eam, modō serid & ex animo querere velitis. Vt dete oculus vestris, & exemplū in me capite: quia modicum laboraui, & inveni mihi multam requiem: operamini opus vestrum antequam tempus elabatur, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.* Hæc sunt Spiritus S. verba per os huius Sapiētis, quæ omnia sufficientes sunt rationes ad cōfutandas tuas excusationes; & te permouendū ad quæredam veram sapientiam, gratiā scilicet & amicitiam Dei. Audi itaq; insipiens, si cupis talem esse desinere: appropia ad Deum, qui est vera lux, vt suā te gratiā illuminet; ingredere domum disciplina, quam S. Augustin. dicit esse Sanctam Ecclesiam: in qua tanquam in aliqua Vniuersitate & Scholis cælestib⁹, Sæctorum scientia prelegitur, quæ consistit in vera fide, & inflammata Charitate, cum cæteris virtutibus, quæ sanctum faciunt habentem. Quam scientiam si discere refugias, cedo, quæ sit causa? si dicas, tibi non esse magnopere necessariam, nam tibi sufficere cor-

f Eccl. 31.

Opusc. de
dom. discipl.
pina.

poris bona: Ignorantia tua clamat contra te; & anima tua ingens ficcitas testimonium profert, quod huiusmodi temporalia bona non satis sint ad tuum explendum desiderium: Quod (vt supra satis ostendimus) vacuum erit semper & inane, nisi quæras aeterna bona. Si proferas quod non sit tibi argentum & aurum, aut alia facultates ad præstantissimam eam gratiam comparandam: respondet tibi Magister ipse: se gratis, & sine vlllo *g argento* eam tibi daturum: ne tuas facultates, sed voluntatem tantum, liberumque consensum tuum requirere; & satis sibi esse, quod audire eum velis, eique parere. Quod si adhuc obijcias, magno tibi labore longoque tempore opus esse ad cælestem hanc scientiam addiscendam: Sapiens ipse hanc deceptionem reteggit, dicens: *in proximo est inuenire eam, modò collum tuum eius obedientiæ iugo subicias, teque suo exemplo securum facit, ac certum, dicens, quod modicum laborauerit, & inuenierit multam requiem.* Idem verò tibi eueniet, cū dicat Sapiencia ipsa incarnata, *h iugū suū suauē esse, & qui illud tulerit super se, inuenturum requiem animæ suæ.* Quod si tandem adijcias: sufficiens tibi tempus suppetere ad eam comparandam, eò quod vita sit longa & quocunque tempore ad Deum te conuerteris, te ab ipso recipiendum. haec adeò temerariam sententiam reiecit ipse Sapiens vltima sententia, qua libro suo finem imponit dicens: *operamini opus vestrum ante quàm tempus elabatur: & dabit vobis DEVS mercedem vestram in tempore suo.* Quali moneret: attende, quod nullum opus adeò sit tuum, atque propria salus, ad quã assequendam conditus fuisti: ad id viuis in terra: si hanc negligas, frustra laboras: & licet totum mundum lucreris, parum tibi proderit, nisi illam assequaris. Ad hoc autem opus peragendum huius vitæ tempus tibi conceditur: nisi ergo in eo opere labores, & occuperis, tempus amittis dignusque es, qui vita priueris. Cū ergo nescias, quamdiu illa sit duratura; iurè teneris totum eius tempus in hoc opere expendere: quo enim amplius in terra laboraueris, eò erit merces tua copiosior in cælo. Denique si adhuc in adferendis excusationibus persistas, nec rationibus & solutionibus allatis des locum, citò tuæ pertinaciæ damnum experieris: **D E V S** enim non rationibus sed flagellis; non argumentis, vt te conuincat, sed supplicijs, vt confundat, respondebit. Et eueniet tibi, quod inuitatis se excusantibus ad cœnam euenit: contra quos grauiter iratus paterfamilias iurauit, quod *nemo viorum illorum gustaturus esset cœnam eius.* Nam, vt ait S. Gregorius, qui non accedit ad Deum quando vocatur: fortè cū accesserit, repelletur; & experietur in se horrendas illas diuinæ Sapienciæ minas: *quia vocaui & renuistis: exaudi manum meam, & non fuit qui aspiceret, adueniet tempus, quo inuocabitis me, & non exaudiam; sed in interitu vestro ridebo.* Nam cæli ianua claudicam vobis, quod fatuis Virginibus: *Nescio vos.*

Sap. 6.

g Isa. 55. 1.

h Mat. 11. 30

i Luc. 14. 24
Hen. il. 3. m.
Euang.

k Prou. 24.

§. 3. *Aduersus excusationes eorum qui pusillo sunt animo, ac diffidunt*

SUPEREST ad aliorum excusationes respondere, qui in alio sunt extremo, diffidentia scilicet de diuina misericordia; siue id ex magna melancholia, pusillanimitate, & scrupulis proueniat; siue ex mala conscientia, quæ abstulit illis fiduciam: persuadens illis, se esse iam reprobos, sicut Esau, sibi que nec uocationem superesse, nec ueniam peccatorum: præcipue si iam aliquoties eam impetrarunt, & tamen in eadem reciderunt, nec in bono cepto perseverarunt. Contra quos, etsi in precedentibus omnibus capitibus, & nominatim 3. & 11. allatae fuerint multæ & efficacissimæ rationes, prophetiæ & parabola, quæ aperte satis proponunt, & ostendunt ingens desiderium Dei, uocandi & iustificandi omnes peccatores: uolo & nunc alterius Sapientis testimonio eos conuincere, qui ab ipso Deo inspiratus, cuius conditionem satis perspectam habebat, sic cum eo loquitur: *Miserere omnium quia omnia potes, & dissimilas peccata hominum propter penitentiam. Diligis enim omnia que sunt; & nihil odisti eorum, que fecisti: nec enim odians aliquid cessit iustis, aut fecisti. quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu uoluisses: aut quod à te uocatum non esset, conseruaretur? parcis autem omnibus quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.* O uerba amore plenissima, uereque efficacia ad quemuis etiã pusillanimè peccatorem consolandum; qui in eisdem aduertere potest infinitam DEI in suas creaturas bonitatem, eius amorem, sine odio; misericordiam, sine crudelitate; omnipotentiam, sine tyrannide; liberalitatè, sine penitentia; patientiã & longanimitatè, sine ullo limite & mensura: Talia igitur habens pignora, cur nõ benè speres? & cur nõ exultes, cõfidens, te unũ fore ex ijs, quorum nomina scripta sunt in libro uitæ: ideoque à Deo uocandum, ut iustificeris & glorificeris sicut illi. Cedo itaque pusillanimis peccator, si uerè ita est, quemadmodum ipsamet ueritas asserit: quod Deus misereatur omnium, eò quod omnia possit, & nullam faciens iacturam bonorum suorum possit eis remedium asserre: Cur nõ etiam tui miserebitur, eum ei non desit potentia ad te reparandum? Cum Deo abstuleris omnipotentiam ad subueniendum tuis miserijs; tunc etiam poteris auferre misericordiam & commiserationem earum. Aequè enim proprium est Dei esse misericordè, atque esse omnipotentem; & ipsa Ecclesia canit: *DEVS qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miserando manifestas, &c.*

QUOD si anxie adhuc times, te non perseveraturum in eo quod incipies; attède quid Sapiens ipse dixerit: *quomodo posset aliquid permanere, nisi tu uoluisses: aut quod à te uocatum non esset, conseruaretur* uerè enim Domine, perseverantia nostra à tua pendet uoluntate; & sanctitas nostra, nisi continuè eam uocatione tua conserues, permanere non poterit; sed quoniam es uerus animarum, quas cõdidisti, amator, nõ statim ultionem sumes de peccatis eorum;

sed

a Sap. 11. 24.

sed iram tuā dissimulans expectabis, vt pœniteat: & tunc lubens eius remittes: quia opera sunt manuum tuarum; cupisq̄ue eas finem consequi, in quē sunt condita. Quis prudens domum aliquam ædificat in suam habitationē: quam sine vlla causā mox diruat? aut quis plantat vineam siue hortū in suā recreationem; quem sine causā, & pro libitu extirpet & comburat? & quisnam pulchrā aliquā piēturā, aut personā sibi charissimā imaginē ad viuum depingi curat, quam statim sine vlla causā pro suo tantū libitu inficiat, & per terram trahat? si igitur harum rerum artifices, opera sua cupiūt permanere, & vsui esse in eum finem, in quem facta fuerunt: cur Dominus DEVS noster, b *cuius dona & vocatio* (vt ait Apostolus) *sunt sine pœnitentiā* non volet opera sua permanere & finem assequi, in quem fuerunt creata? anima tua domus est à Deo ædificata, vt in ea æternum habitaret: quia *delicia eius esse cum filiis hominū*. Est quoque vinea plantata à manu eius dextera, vt fructu eius sese oblectet; *imago* est & figura diuinitatis eius: quā ipse dilectissimam habet, ac plurimi facit. Quare ne timeas, Deum gratis & suo tantū libitu destructurum quod fecit, & odio habiturum opus manuum suarum: cū omnia ex amore, & sine vilo odio fecerit. Hic amor eum impulit, vt te crearet: idemq; nunc impellit ad te vocandū, gratiāq; vitā donandā; ac permouebit, vt etiā det perseverantiam ad coronā gloriā consequendam: d *quia qui cepit in vobis opus bonū, perficiet*. Quod opus cū non ceperit ob tua, sed ob Iesu Christi filij eius merita; propter eadē perficiet illud, si tu volueris. e *Qui filium suū* (vt ait Apostolus) *tibi dedit: quomodo non etiam cum illo omnia tibi donabit? quis accusabit aduersus electos Dei: nū Deus ipse, qui eos iustificat? quis est, qui eos condemnet? an Christus Iesus qui pro eis mortuus est, qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiā interpellat pro nobis?* si itaq; patrem habes ad eō liberalem, vt suum tibi det filium; & redemptorem ad eō profusum; vt totum suum sanguinē tibi tradat: *advocatum* ad eō potentem, vt sit æqualis potentia cū supremo ipso iudice: quam habes huius defectiois causam & rationem, quasi ex numero sis reproborum? si ob tua peccata dignus es, quē Deus oderit ac repellat; per dilectum hunc eius *filium* ab eo diligeris; si tua ipsa peccata contra te vindictam clamant, *sanguis* eius filij clamat misericordiam: Et, si Deus vellet opus destruere quod condidit, interponet se, qui illud redemit; & vt filio suo gratificetur; & in eo, quod iurē petit, satisficiat: exhibebit seruo misericordiam: nisi ipse tibi deesse, & obicem ponere velis. Ideoque quod filius est pro merito remunerabit in seruo.

SED vterius adhuc fiduciam tuam progredi par est, quemadmodum diuina ipsa misericordia se vterius effundit: à qua sperare licebit, quod non solum peccata tua condonabit, sed etiam ad amicitiam & arctissimam necessitudinem admittet; quemadmodum Episcopo cuidam magno peccatori,

b Rō. 11. 29.

c Prou. 8. 31.

d Phil. 1. 6.

e Rō. 8. 32.

tori,

¶ *Apoc. 1. 19.*

tori, quem ad relinquenda peccata exhortabatur, dixit: *fanculare & penitentiam age: Ecce sio ad osium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ille mecum.* O promissionem dignam Deo, pignusque certum ac securum perfectæ nostræ reconciliationis! Perpende itaque frater, qualis hæc sit promissio, quis eam faciat & cui: & cognosces quantam habeas causam & rationem, plenissimam tuorum peccatorum veniam, nouorumque donorum cœlestium augmentum sperandi. Cogita enim potentissimum aliquem Regem ex aula & palatio suo exeuntem, ad miserimi cuiusdam hominis calam peruenire, qui ob admissum læsæ Maiestatis crimem, crudele supplicium esset promeritus: inueniens verò oculis ianuam pulsât, vt sibi aperiatur: qua aperta ipse ingrediatur: sed videns hominem lacrymantem, suæque proditoris pœnitentem ac dolentem: mox illi crimem condonet, & in suam amicitiam admittat; addens, se in signum huius remissionis ac reconciliationis velle nocte illa apud ipsum hospitari, & statim iubeat mensam sterni, Regiæ suæ personæ accommodatam: Cui mox iubeat ipsum hospitem assidere, & ex eadem qua ipse parobside vesci cum quo amicam etiam familiaritatem & consuetudinē, atque si ipsi esset æqualis, ineat, spondeatque, se ipsū semper amicum habiturum ac familiarem, ac frequenter ad ipsum rediturum, & magnificè hospitalitatem recompensaturum. Si inquam Rex aliquis cum proditore suo subdito hæc faceret: quis nobilem illam & magnificam beneuolentiam, & necessitudinem non admiraretur? Quis non à tali Rege veniam speraret, si eum offendisse contigisset? & quis non in eius amicitiam, se insinuaret, & omni conantū ad eam venire contenderet; si is suam propensionem ostenderet, ad eam cum omnibus incundam? O Rex æternæ, quàm aptè tibi tribuitur, quoddam de Rege hoc terreno est dictum! Tu Deus meus de cœlo ad terram nostram descendens, ad peccatoris domum accedis, lenibusque ac dulcissimis inspirationibus eius fores pulsas vt tibi aperiatur: qui si, tuam vocationem audiens, aperuerit; mox ad cor ipsius penetras: quem si flebilem, sui que peccati pœnitentem videas; mox culpam remittis, & ad arctissimam tecum amicitiam admittis, remanesque tanquā hospes in eius domo, tota tristis huius vitæ nocte: in cuius amoris signum vis cum illo cœnare, & vt ille tecum cœnet: vtroque eidem mensa assidente, atque si duo essetis valdè æquales amici. Ibi indulges ei, offerendo vitæ cibos delibâdos, quibus tu ipse vesceris, iucunda suauiaque; inis ibi colloquia, secreta tua illi communicando; ac polliceris, te semper illum amicum habiturum, ac frequenter inspirationibus tuis eum inuisurum, ditando illum semper cœlestibus donis. Quis igitur, ô Rex benignissimè, non rapiatur in admirationem, attendens quid erga peccatores facias? quis non

speret

speretate omnium suorum peccatorum veniam? & quis non resumat ani-
 mum, vt ad arctissimam tecum necessitudinem aspiret: qui omnes ad illam
 inuitas? nolo animum abijcere, etiam si magnus sim peccator; cum videam
 talem promissionem factam Episcopo non iusto, ac feruenti; sed superbo,
 hypocrita, arroganti, adeoque sui ipsius amore ebrio, vt se *g diuitem & locu-*
pletem reputaret, cum verè *miser eset & miserabilis, & pauper, & cecus, & nudus,*
 adeoque DEO horribilis, vt parum abesset, quin *nec frigidum, nec calidum ex*
ore suo euomeret. Ita nobis suadet deuotissimus S. Bernardus: Omnis, inquit,
 animal licet onerata vitij, peccatis irretita, capta illecebris, exilio captiua,
 corpore carcerata, luto hærens, infixæ limo, confixæ curis, distenta negotijs,
 contracta timoribus, afflicta doloribus, erroribus vaga, sollicitudinibus an-
 xia, suspicionibus inquieta, & postremò aduena h *in terra inimicorum* (iuxta
 Prophetæ vocem) *comquinata cum mortuis, deputata cum descendenti- bus in in-*
ferno. Licet inquam sic damnata, & sic desperata, potest tamen in sese aduer-
 tere, non modò vnde respirare in spem veniæ, in spem misericordiæ queat:
 sed etiam vnde audeat aspirare ad nuptias verbi: cum DEO inire fœdus socie-
 tatis non trepidet: suaue amoris iugum cum Rege ducere Angelorum non
 vereatur. Qui denim non tute audeat apud eum, cuius se insignem cernit i-
 magine; illustrem similitudine nouit. Quid vereatur de maiestate, cui de ori-
 gine fiducia datur? tantum est vt curet naturæ ingenuitatem, vitæ honestate
 seruare imò cœlesti decus, quod sibi originaliter inest, dignis quibusdã stu-
 deat morum affectumque venustare & decorare coloribus. Hæc S. Bernar-
 dus. Ex quibus id colligo, quòd quamuis tuas aspiciens miseras, meritò de-
 beas te demittere; & quemadmodum filius prodigus magnâ Dei gratiam re-
 putare, quod te *h facias sicut vnum ex mercenarijs suis:* eò quòd dignus non sis,
 qui filius eius voceris: conijciens tamen oculos in cœlestis huius Patris mi-
 sericordiâ infinitam, licebit plurimùm illi confidere. Et quemadmodum idẽ
 S. dixit, *quatenus in bonis Domini, fiducia pedem porrexeris eatenus possidebis:* quẽ-
 admodum eidem filio prodigo euenit: qui quamuis decreuerat, a Patre suo
 petere, vt ipsum faceret sicut vnum ex mercenarijs suis: quando vidit, se a-
 dedò amanter ac benignè a parente excipi, non id petijt: confidens se ad pri-
 mam filij dignitatem admittendũ: sicut reuera fuit admissus; & admitteret
 Pater hic cœlestis quemcumque simili fiducia ad eius misericordiam acce-
 dentem, acceptantem eius vocationem; & quod ipse iusserit, exequentem.

ALIA pusillanimitatis ac diffidentia motiua solent habere peccatores,
 propter horrendas tentationes, quibus Dæmò volentes diuinam vocatio-
 nem sequi, & in bene cœptis perseverare, oppugnat: Sed quoniam de ijs om-
 nibus inferius specialis instituetur tractatio, ibi licebit videre, quam debi-
 le sit fundamentum, propter illas diffidere.

g. Apo. 3. 17

Serm. 34.
in Cant.

"

"

h Bar. 3. 10.

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

CAPVT XIX.

DECEM TITVLI OBSTRINGVNT NOS AD
*excellētem Conuersionem: & qua ratione perfectius Dei
 uocationi respondeatur.*

QVI ob rationes prædictas decreuerunt, uocationem diuinam acceptare: eisdem tenentur, lege gratitudinis, ad conuersionem, vitæ que perfectissimam mutationem: faciendam per Sacramentum pœnitentiæ, tam quo ad contritionem & confessionem peccatorum; quam quo ad vitæ nouæ instituentæ rationem, quam sint imposterus secuturi: amplectentes in his omnibus quod Baruch Propheta populo suo dixit: *a sicut fuit sensus uester, ut erraretis à Deo: decies tantum iterum conuertentes requiretis eum.* quasi dicat: decuplam in Dei obsequio adhibete diligentiam, quam posuistis in offensione: exerentes omnes vires vestras, totumque talentum, & facultates, quas diuina uocatio uobis communicabit; & orantes eundem Dominum supplices, ut illas dignetur in uobis augere, & efficere: ut, ubi abundauit delictum, decies tantum re ipsa abundet gratia, ut magis gloria eius augeatur. Nec gratis & sine causa uisus est Propheta uerbo illo: *decies tantum*, quod ex scripturæ sacre stylo omnem possibilem perfectionem significat; idque propterea fortè, quod decem sint nomina actituli, quibus ad eam præcipue obligamur.

PRIMVS titulus est, quoniam inferni pœnæ, à quibus **DEVS** liberauit, decies millies omnem laborem excedunt, quem in tua ad ipsum conuersione, & perfectissimo per totam tuam vitæ obsequio ei præstando collocare posses: siquidē hic & omnes alij, qui in hac uita tolerantur, tanquam pœcti & unius momenti censentur, si comparentur ad eos, qui sunt in altera tolerandi: eo maxime nomine, quod sint æterni. Quod si oculos conijcias ad æterna præmia, quæ tibi promittuntur, si conuertaris, ut seruias Deo: deprehēdes, ea centies millies excedere labores omnes, quos possis in eius obsequio collocare. Vt. n. Apostolus ait: *non sunt cōdigne pœssiones huius tēporis ad futuram gloriā, quæ reuelabitur in nobis. Id enim quod in presenti est momentaneū & leuio tribulationis nostræ, supra modū in sublimitate eternæ gloriæ pœdus operatur in nobis.* Quod si ita ipse Apost. sentiebat, qui tamē ob Dei obsequiū magnos & prolixos labores sustinebat, quemadmodū ipse in suis Epistolis narrat: non multum facies, si & tu ad similes & maiores etiam subeundos te offeras; ut ei Domino seruias, qui talia promittit præmia. Descendens autē ab æternis ad temporalia, cogita quæ sint innumera & horrēda mala temporalia, à quibus etiam te **DEVS** liberauit, ac liberat; & porro liberabit, si fueris in eius obsequio fidelis: quæ, si cum ijs laboribus conferas, quos in mortificandis uitijs es positurus: intelliges, hos decuplo esse minores. Nam

omnes

a *Barth. 4.*
28.

Jacob. 19. 3
Apoc. 2. 10.

1.
Pœna æ-
terna.

2.
Æterna
præmia
b Rom. 8. 18.
c 2. Cor. 4.
17.

2. Corint 11

3.
Tempora-
lia mala.

omnes pœnas temporales, quas Deus alijs peccatoribus infligit, aut nunc infligit, potuisset tibi ob tua peccata meritò infligere: siquidem vel vnicum lethale peccatum omnibus illis est dignum. rectum itaque est, vt ei etiam cum aliquo labore seruias, qui te à tot malis liberat ac præseruat, non ob tua merita, sed ex sua sola misericordia.

Hinc transire potes ad innumera bona temporalia, quæ etiam tibi hætenus dedit, dabitq; & adijciet, si ei seruias: quæ etiam superant decies omnes labores corporis, quos ei seruiendo sustinebis. Neq; hoc in genere tantum, & cõfusè cõsidera; sed attende, quicquid ab eo recipis vna die; & quid Deus egerit, agatq; vt bolum panis, quem comedis, tibi det: Motus sc. ecelorũ & Elementorum; labores eius, qui terram coluit, frumentum seminauit, messuit, tritaurauit, & collegit; eius item, qui illud moluit, pinsuit, & ad tuam melsam portauit; Eorum item Mechanicorum labores, qui instrumenta siue ferrea, siue lignea confecerunt, ad hæc omnia necessaria; & quod ipse Deus fecit ad ferrum illud, siue lignum creandum; & alia innumerabilia, quæ ab ipso mundi exordio cõ his omnibus fuerunt connexa, quæ omnia in hodiernũ vsque diem, in tuum vsum, victum, vestitum, & habitationẽ; cæteraq; omnia, quibus vita tua conseruatur & sustentatur, ipse conseruat ac sustentat. Qui ergo fit, vt non iudices valde modicum, quicquid pro Deo tuo feceris; etiam si facias, quicquid poteris: si aspicias plurima, quæ ab illo recipis.

VERVM ad spiritualia bona conscende, quæ ab eodem Deo accipis, quo die te iustificat: & intelliges, ea decies millies excedere, quod in ipsius obsequium tu præstiteris: d *Nam (vt Sapiens ait) omne aurum in comparatione sapientia cœlestis, arena est exigua, & tanquam lutum aestimabitur argentum in conspectu illius, & omnes diuitia nihil sunt in comparatione illius: ipsa est bonorum omnium mater, & insinitus eius thesaurus hominibus, qui nõ potest dignè aestimari, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitie Dei.* Aequum est itaque te agnoscere bonum, quod à Deo accipis, excellentiam scilicet ac dignitatem Filij Dei; & quod anima tua eius sit sponsa, dareque operam, vt infinito hoc thesauro cum omni possibili perfectione vtaris: etiam si enim eam totam adhibueris, adhuc ad eam non peruenies, quam tale donum talisque dignitas exigit.

Huc accedit spiritualis præmij, quod Deus in hac vita tibi largietur, magnitudo, si feruenter ei deseruias: quod præmium non tantum decuplum, sed centuplum etiam erit, quam tu pro illo efficias. ipse enim dixit: *e qui cumque propter ipsum nomen aliquid reliquerit, centuplum accepturum.* tantam scilicet lætitiã, tantã pacẽ, saturitatem, & spiritualium consolationum abundantia, vt centies millies superent id, cui, perfecti eius obsequij causa renunciauit.

Quod si etiam velis omni generi lueri & commoditatis ex diuino ob-

4.

Bona temporalia.

5.

Bona spiritualia.
d Sapi. 7.9.

6.

Centuplũ.
c Matt. 19.
29.

7.

*Christi in-
carnatio.*

sequio renunciare; etiam nomina & titulos ostendemus, quæ te ad id obligent. Conijce. n. oculos in excellissimū Incarnationis verbi diuini beneficiū, & in ea, quæ totius vitæ tuæ decursū pro te fecit, ac perpeſsus est & intelliges ea incomparabiliter excedere & præſtare ijs, quæ tu eius obſequij cauſa feceris, & paſſus fueris: licet ſolus præſtare poſſes, quicquid præteritiomnes ſancti fecerunt. Si igitur Deū ſummum potentia tuæ in glorioſiſſimo opere, remedij tui cauſa, perficiendo tibi oſtendit: te quoq; par eſt ſummum facere, quod poſſis, eius obſequij cauſa. Ille decies millies plus fecit ac pertulit, quā ad tuam ſalutem eſſet neceſſariū: ſiquidem ad eam, minimum operum & laborum eius ſuffeciſſet: Rectum ergo erit, te multo plura facere, quā tenearis: ſiquidem etiam quicquid poteris ad eum eſt modicum.

8.

*Sacra com-
municatio.*

NE VERÒ diceres, beneficiū hoc ſemel peractum, iam tranſiſſe; voluit idem Dominus recenti nomine te quotidie obligare, veniens verè ac realiter ad Sanctiſſ. Altaris Sacramentum, ad faciendā inuiſibiliter in anima tua officia illa; quæ, dum viueret in hoc mundo, præſtitit. Imò vel vnica ſacra *communio* in tota vita tua ſufficiens eſſet nomen & cauſa, cur totam illam expenderes in ſeruiendo cum omni perfectione ei, qui tali te eſca dignatur, quid igitur ſi eam ſingulis menſibus, aut hebdomatis, aut etiam quotidie proponat: Quod ſi mundo aut Dæmoni ad eum diligenter pro vili aliqua eſca paruisti: conſonum omninò eſt ſeruire Deo decies millies diligentius, pro eſca ad eum præſtantia & pretioſa.

9.

*Dei digni-
tas.*

SED addamus quod ſumma eſt, & quod omnia prædicta nomina eminenter complectitur: quantum ſc. infinita Dei maietàti debeat, non iam ob præſtitā tibi beneficia, ſed propter id, quo eius diuinitas digna eſt: cuius comparatione eſt decies millies nihil, quicquid tu in eius obſequium facere poſſis: Ideoque iuſtiſſimum eſt, nihil omninò detrudere ex ijs, quæ præſtare poſſis, memor eius, quod S. Iob dixit. *ſi voluerit homo diſputare cum Deo contendere, non poterit ei reſpondere vnum pro mille;* & quod dixit Eccleſiaſticus: *terribilis Dominus, & magnus vehementer, & mirabilis potentia eius: gloriſicate quantumcumque poteritis, ſuperualobit enim adhuc:* quia multo pluribus eſt dignus. *Benedicite & exultate illum quantum poteſtis: maior enim eſt omni laude.*

*ſ. Iob. 9. 7.
g. Eccl. 43.
3.*

10.

*Dei atri-
buta circa
nos.*

SED quoniam hic titulus ad eum eſt excelsus, nec ſolet ab ignorantibus eius præſtantiam, æſtimari: adiungamus ei vltimum, qui alios innumeros complectitur, ob innumeras ſc. Dei perfectiones, quæ in creaturarū eius cōmodū expenduntur. Attēde itaq; infinitā eius ſapientiā, & immenſitatē, qua eſt in omni loco, cernitq; quicquid vbiq; ſit: propter q̄ ſolum intelliges, te obſtrictū, ad nihil faciendū, ſupremi huius regis præſentia indignū. DEINDE cogita eiufdē *omnipotentia* ad eſſe tibi ad nutū, ad omnes tuas actiones tecum cragedas, ſeruata tamē in omnib; tua libertate: atq; ſi tu ſolus eſſes eas per-

acturus

acturus: Ex quo intelliges, quā iustu & equu sit, no abuti tua libertate ad ali-
quid mali, sed ea semper vti ad faciendum, quod est perfectissimum. Nam
simul cum omnipotenti aded adiutore aequè poteris maximum atque mi-
nimum perficere. Quid autem dicam de suauissima eius circa res omnes
providentia, qua summè te obstringit, ad summam curam in eius obse-
quium adhibendam, sicut ipse habet ad tibi prospiciendum? & vt semel cō-
cludam, perpende infinitam eius charitatem, & amorem, quo tot in te con-
tulerit & conferre desideret beneficia, quæ retulimus: & hoc solum impel-
let ad ei seruiendum ex toto corde, ex tota mente, & ex omnibus viribus
tuis: Amor enim non fit continere se intra aliquos terminos, vt non faciat
quod possit, & eius dilectus petat.

§. 1. *Quaratione sit exactè Dei Vocationi obediendum.*

HIs aded efficacibus rationibus excitare te debes, ad respondendum
diuinæ vocationi promptè ac diligenter, feruenti quadam & perfe-
ctissima conuersione: certò tibi persuadens, Deum neque approba-
bare obedientiam & conuersionem, quæ in specie tantum ad nutū & prom-
pta esse videtur, si reuera tepida sit, rudis & inconstans; neque reprobare
tardam & aliquo modo reluctantem, si re ipsa feruens sit, benè radicata, &
constans: quemadmodum CHRISTVS D. N. significauit in iucundissima
quadam parabola Phariseis proposita: a *Homo* (inquit) *quidam habebat duos*
filios, & accedens ad primum dixit: Fili, vade hodie operare in vinea mea. Ille au-
tem respondens, ait: Nolo. Postea autem penitentia motus abiit. Accedens autem ad
alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait: Eo, Domine, & non iuit. quis ex duo-
bus fecit voluntatem Patris? dicunt ei: Primus. Dicit illis IESVS: Amen dico vo-
bis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei. Quæ vocatio iu-
cundior esse potest, & quæ verba molliora, quàm quæ Pater noster cœle-
stis dicit peccatori: *Fili, vade hodie operare in vinea mea.* Quid enim hoc aliud
est, quàm, fac, quod tibi mando, ad quod mille nominibus es obstrictus:
Memor esto, te esse Filium meum, & me tuum Patrem: filios verò teneri
suis parentibus obedire, præcipue si thesaurorum eorum heredes esse ve-
lint. Attende, me non petere labores multorum annorum, sed **HODIE**:
tempus enim laboris, etiamsi per totam vitam duret; aded tamen breue ex-
istimandum est, atque si vnus tantū esset diei; & hodiernum tantum, quo
laboras, certum habes: nescis enim, an tibi supersit crastinus. Si igitur ho-
die te voco, **noli obdurare cor tuum**, nec obedientiam differre in crastinum.
Attende, quòd non te vocem, vt in aliena vinea labores, sed in mea: quæ
etiam est tua: in anima enim tua, eiisque facultatibus est laborandum; co-
nando copiosos bonorum operum fructus proferre in vtilitatem tuam, &
gloriam meam. quod si dicas, te iuri tuo cedere, nec velle animam tuam

a *Matth. 21.*
28.

b *Psalm. 94. 5.*
Heb. 3. 7. 13.

Colore, quia tua est; ego verò iuri meo non cedam: anima enim tua, plus est mea, illam, quam tua: siquidem ego illam creavi, illā redemi, conseruo & sustento: & plus curæ in ea colenda adhibere debes, eo quòd mea sit, quam quòd tua; pluris æstimando meum velle, quam tuum. Quodnam erit cor adedò durum, vt suauissima huiusmodi vocatione non mollescat! bene hoc ostendit alter filius, cum subitò eam audiens, eius æquitatem intellexit: nam conuictus, respondit: *Vado Domine*; & statim ire cepit, vt parentis mandatum exequeretur. Sed ò humani cordis in constantiam! statim atque itineris laborem sensit, & culturæ vineæ difficultatem olfecit, oblitus est eius quòd audiuit; nec eius rationem aliquam, habuit; nec vterius progredi voluit, vt Patris voluntatem exequeretur, qui tantum ei amorem ostendit. Contra verò primus filius difficultatibus, quæ cum ipsam vocem audiuit, ei occurrerunt; adedò parum reueritus est parentem, vt verbis impudentibus responderet: *No l o*: quamuis transactò illo primo impetu, impudentiam suam animaduertens, ac dulcissima parentis verba perpendens, statuit ei obedire. totaque die in vinea colenda laborare, vsque ad ipsam noctem. Ideoque alteri fratri, qui liberaliter promiserat, se laboraturum, fuit prelatas. In regnum enim Dei non illi admittuntur, qui solis verbis absque operibus, obedientiæ satisfaciunt, quemadmodum Pharisei; neque qui tepidè incipiunt, & mox à labore desistunt: sed illi eminentiorem obtinebunt locū, qui tarditatis ac resistentiæ suæ pœnitentes, magno eam feruore ac diligentia compensare student. O si DEVS oculos tibi mentis aperiret, vt in hoc exemplari videres, quid hæctenus feceris; quidque facere debeas; cum te ipse ad suum vocat obsequium! ò quoties diuinis inspirationibus, & vocationibus respondisti cum secundo filio: *Vado Domine*, nec tamen iuisti! multum offers, sed parum facis: obedire incipis, sed mox defatigaris; producis flores bonorum desideriorum, sed non profers fructus bonorum operum sed quemadmodum apud Iob dicitur: *es quasi vinea, cuius borrus in primo flore leditur. Et quasi oliuā, proticiens florem suum.* Alias verò impudentior fuisti imitando primum filium, respondendo diuinis inspirationibus, illud *No l o* aperte, ne tuas vinceres repugnantias; aut saltem respondisti obuelatum quoddā *No l o*, dum excusationes mille prætexuisti, *disingendo laborem in præceptis*, & prætextus quærendo dilationum, aut ipso opere ostendendo, te nolle facere quod iubet DEVS; vt facias quod Dæmon suggerit, & caro tua. Illud verò pessimum esset, si quemadmodum primum filium imitatus es in illa verbi *No l o* resistentia, non cum imitareris in bono obedientiæ. qui enim peccantē est imitatus: meritò emendatū imitabitur, pœnitentiam agendo de sua repugnantia; & incipiendo seruire Deo cum magna cura & perseverantia.

*Finis melior
principio.*

*c Iob. 15. 32.
S. Greg. l. 12.
Moral. c. 24.*

*d Psal. 93.
20.*

ACCIPERE

ACCIPERE itaque ab utroque filio quod bonum est, relicto malo. Ab altero accipe promptitudinem ad bonum propositum concipiendum; ab altero vero virtutem & efficacitatem ad illud exequendum: ab altero accipe bonum initium, sed rejice eius inconstantiam; ab altero accipe bonum progressum, omittens moras eius ac dilationum in incipiendo. Imitare saltim, quos Christus Dominus Noster tanquam exempla proponit, cum dixit: *Publicani & meretrices precedunt vos in regnum Dei*: quia eorum penitentia & conuersio ad eum fuit feruens, ut praeccederet iustos, qui non tantum atque illi peccauerunt. imò illorum penitentia tanquam exemplar iustis proponitur, ut eos in feruore imitari conentur. Talis fuit conuersio S. Matthæi, & S. Magdalene. nam ille fuit *Publicanus*, hæc *publica peccatrix*. Matthæus, etsi tarde vocatus, decuplo tamen plus laborauit, quam eius antecessores. nam *g vndecima hora diei veniens ad vineam*, vna hora laboris plus est promeritus, quam qui decem horas citius venerunt. At Maria Magdalena ad eum feruentem fecit conuersionem, ut eius exemplo conuinceret Christus D. N. Pharisæum qui ipsum inuitauerat, & iactabat se esse iustum: & iuxta sententiam Baruch, *h quemadmodum fuit eius sensus ut erraret à Deo. decies tantum conuertens requireret Deum*. decem enim insignes virtutes exercuit in sua conuersione.

QUARVMPRIMA fuit rara *HUMILITAS*, qua in præsentia eorum, qui inuitati erant contemnens opprobria & quæcunq; de se dici poterant, prostravit se ad pedes Christi, & quamuis ex colloquio Christi D. cum Pharisæo cognouit se ab illo irrideri, & contemni, ipsa tamen summo silentio mansit, propria causa, ob quam venerat, intenta.

SECUNDA virtus fuit, summa in præsentia Saluatoris *MODESTIA*, non enim est ausa ad eius aspectum accedere, sed retrò *stetit secus pedes eius*, quasi puderet diuinum vultum aspicere, quæ agnoscebat se grauiter offendisse, plenaq; rubore quemadmodum publicanus ille, *knolebat*, nec audebat, *oculos ad caelum leuare*. Ex quo orta est profunda illa *REVERENTIA*, qua se ad Christi pedes prostravit, adorans eum in spiritu & veritate, & confitens ipsum esse suum Medicum, & vnicum reparatorem, non solùm secundum *l diuinitatem* per caput significatam; sed etiã secundum *humanitatem* per pedes iudicatam. Et quamuis propria indignitas eam contrahebat, *FIDUCIA* tamen praualuit: ut non procul, sed ad ipsos sacratissimos pedes se poneret, à quibus opem & solatium sperabat: sciens, quod *m qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius salutem & vitam*. Prostrata itaque loqui cæpit non verbis sed *affectibus*; non rationibus lingue, sed singultibus, & oculorum lacrymis, quæ summi doloris & *CONTRITIONIS* cordis eius fidem faciebant, & hæc fuit quinta virtus, qua peccatorum suorum maculas eluit. Sed quoniam lacrymæ nostræ, etiamli guttas maris excedant, si per se sumantur,

non

2.

*Bene incipe,
melius desis
no.**c Mat. 9. 9.**f Luc. 3. 38.**g Mat. 20. 5**h Baruch. 4*

28.

*Decem vir-**tutes B.**Maria Mag.*

1.

Humilitas

2.

*i Luc. 7. 38.**Modestia.**k Luc. 18. 13.*

3.

*Reuerentia**l 1. Cor. 11. 3.*

4.

*Fiducia**m Deut. 33*

3.

Iacobi. 4. 8

5.

Contritio.

6.
*Christi me-
ritorum ap-
plicatio.*

7.
Charitas.

8.
Liberalitas.

9.
Intentio.

10.
Constantia.

non sufficiunt ad eas maculas lauandas, fundebat illas ad pedes Christi, quibus coniuncta, ex ipsius Christi meritis virtutem acciperent, quam ex se ipsis non habebant: & ita purgarent ab iniquitatibus quas ipsa habebat. Et mox capillos manibus arripiens terfit pedes, quos lacrymis rigauerat, insignum ingentis **DESIDERII**, quo ipsas effusas in pedes Christi lachrymas, in cor suum trajcere iterum cupiebat, vt sic redemptoris sui dolores, & quicquid suis gressibus ille fuit promeritus, sibi ipsa applicaret. Quid verò est *capillo* suos *manibus* arripere, nisi cogitata ac desideria cum operibus coniungere; vt omnia virtutem & sanctitatem Christi participent, quem admodum linteum, quo res aliqua humida tergitur, humiditatis eius sit particeps. Et quoniam hoc totum non ab spiritu timoris procedebat, eminare voluit in septima virtute quæ est **CHARITAS**, quam manifestabat sacratissimorum pedum Christi frequentibus osculis, ex intimo cordis optans, totam se Redemptori suo coniungere, eaque amoris vnitione vinum cum illo spiritum fieri. Et vt intelligeretur, eum amorem non solum esse in affectu, sed etiam opere, **VNGVENTO** pretiosissimo & fragrantissimo eius pedes **VNGEBAT**; feruentissima concipiens desideria, & animi decreta firmissima, omnes suas facultates, & quicquid haberet, in huius Domini sui obsequium expendendi vt *in qua prius iniquitati seruierant, nunc seruirent iustitie in sanctificationem*. Noua virtus, quæ reliquas omnes comitabatur, fuit purissima solius gloriæ Dei **INTENTIO** in omnibus quæ faciebat. In cuius rei fidem non dicitur de illa, quod pedes Christi terferit, postquam eos vixisset, sed prius, ne quid pretiosi illius & fragrantis vnguenti sibi adheresceret. significare enim voluit, nihil se velle recipere eorum, quæ Christo semel obtulisset: nec gloriam aut honorem ex eo facto sibi accedere: sed vt quicquid illud esset, dilecto suo tribueretur. Denique fuit constantissima, donec voti sui compos euaderet. etsi enim colloquium Christi D. cum Phariseo diutius protraheretur, ipsa tamen, *ex quo mirant non cessauit osculari pedes eius*: sed repetiuit, milleque amoris affectus replicauit; donec dulcissimum illud verbum à dilecto suo ad se conuerso audiuit: *dimittuntur tibi peccata: vade in pace*. Hunc ergo in modum feruens illa peccatrix *decies tantum conuersa Deum requisit*, quàm ab eo discedens, eum offendendo errauerat, cui (vt Christus dixit) *propterea remissa sunt peccata multa, quoniam dilexit multum*. Eius ergo conuersionem merito tanquam exemplar tuæ accipies imitandam in decem prædictis virtutibus: de quibus fusior erit sermo in tractatu tertio, qui erit de pœnitentia.

§. 2. *Prædicta confirmantur exemplo feruentis Ruth conuersionis.*

HVC Tractatui, & ijs, quæ hactenus diximus, finem imponamus, proposito exemplo feruentis **RUTH** conuersionis, quæ multò magis

eminet,

eminet, si cum ORPHÆ sociæ eius inconstantia conferatur: in quibus veluti sculpru apparet, quod Christus D. N. dixit in parabola duorum filiorum, quam retulimus. Nam quemadmodum duo illi filij eodem vocationis modo, licet euentibus contrarijs, vocati fuerunt: Ita ORPHA & RYTH eisdem medijs vocata sunt a Deo, vt ex terra Moab exirent, idololatriam suam desererent, & cum NOEMI in Bethlehé pergerent: vbi verum Deum Israël adorare, eijs; seruire possent. Et vtraq; quidē ex patria sua, & materna domo exire ceperunt; vtraq; & cū lacrymis dicere: *atecum pergemus ad populum tuum, nec te deseremus: sed paulo post Orpha imitata secundum filium inconstantem, mentē mutauit, nec re ipsa Socrum suā est secuta. amor enim patriæ, parentū, ac Deorū, quos adorare cōsueuerat, eam impulerunt; vt ad locū, vnde exiuerat, reuertetur. RYTH verò feruentiori animo firma & constans perseuerauit in suo proposito, oblita patriæ suæ, populi sui, ac domūs parentum suorū; & Deorum, quos antea coluerat: dixitq; ad NOEMI: *ne aduerseris mihi, vt relinquā te & abeam: quocunq; enim perrexeris, pergā: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus. Quæ te terram morientem susceperit, in ea moriar: ibiq; locum accipiam sepulcræ. Hac mihi faciat Dominus, & hac addat, si non sola mors me & te separauerit. O mulier, plus quàm mulier, in qua diuina vocatio admirandam vim & efficacitatem suam ostendit! eisdem patitur conflictus & congressus quos Orpha; nec tamen cedit sicut illa: videt ad oculum sociæ suæ inconstantiam & malum exemplum, nec mutatur: exhortatur eam NOEMI, vt ad populum suum redeat; negat illa se alium populum habere, quàm ipsius NOEMI: & quamuis incipiens & nouitia in obsequio diuino, offert leuileriter ad æquē currendum cum veterana: Ac denique ita serid & ex animo patriæ suæ, moribus, ac legibus, dijsque ipsis, quos prius adorauerat, renunciat; vt ex tunc statuerit, non nisi vnicum solum Deum agnoscere, eiusque sanctam legem amplecti, tanta firmitate, vt etiam iuramento se obstringat, ad perseuerandum in his omnibus vsque ad ipsam mortem & sepulcrum. Adeoque exactē promissionem suam impleuit, vt inter Messia progenitores connumerari meruerit: volueritq; Seruator noster eam recenseri in Sancto Euangelio inter suos progenitores, in exemplum peccatorum penitentium; & confusionem rebellium, videntium, idololatrias præcedere ipsos in regnum cælorum: eò quòd cum obedientia amplectantur, quod ipsi pertinaciter reiiciunt. quemadmodum his verbis mirificè perpendit S. Hieronymus: ostendamus in Israël gloriam peregrinam; & benedictionis germen in ligno fluxisse non suo dicimus RYTH, quo magis confundantur in fœmina. Promittitur per Prophetas de radice Iesse virga, pro nostra salute proditura, in quam flos conscenderet, qui vel**

Ruth. 1.
10. 16.

Matt. 1. 5.

Libro de vera
Circum-
sione ultra
mediū to. 9.
Isai. 11. 1.

solus utique pleniagri odore fragraret præ conforibus suis : quem in
 » odorem unguentorum super omnia aromata latitiæ oleo pater unxisset.
 » Hic tamen Iesse auiam non Israeliticam habuit, sed Moabitam. Cui tantum
 » peregrinæ cōceditur, quantum nulla de Patriarcharum germine promere-
 » tur : ut suo utero destinatae benedictionis semen accipiat, & Israeli non Is-
 » raelita parturiat dignitatem: cornuque populi sui, in alterius populi bene-
 » dictionibus aliena sustollat. unde istud, oro, promeruit? Credo, quia dixit
 » socruis suæ: Populus tuus, populus meus est : & Deus tuus Deus meus est.
 » O virtutem viris etiam præferendam. Abrahæ fidem in circumcisæ gentis
 » mulier imitatur, quam virilis circumcisio dereliquit; & per aliena vestigia
 » meritum iustificationis ingreditur, à quibus maiorum cæca hæreditas de-
 » uiuit. Deos suos Moabita contemnit, cum tu Israel desideres alienos. Illa
 » enim unum Deum, suorum iam oblita, coniurat; & tu post multitudinem
 » fornicaris idolorum: hinc eligitur à Domino, hinc fit Israelita, mente, non
 » genere; Fide, non sanguine; virtute, non tribu; hinc usque ad eum benedi-
 » tur, ut Prophetarum tuorum mater vocetur, & regum. Lucet prorsus die
 » clarius, regnum cælorum vim pati; & à vim facientibus inuadi, diripi, pos-
 » sideri: nec iustificationem gentis esse, sed vitæ: quando non circumcisi per
 » frugem probitatis, aulam sanctificationis introeunt: & circumcisi in eadē
 » aula geniti per pudenda gestorum sceptrum sanctificationis amittunt. Hæc
 » S. Hieronym. quod totum in malorum Christianorum pudorem & con-
 » fusionem cedit, qui Deum viuum deserunt: ut suis operibus falsos vitio-
 » rum suorum Deos adorent. Et quemadmodum c. *Ninivite, & Regina Sabæ*
 » *surgent in iudicio* (sicut ipse Redemptor noster dixit) ut eos arguant & con-
 » demnent, qui eius voci obedire noluerunt, nec ad eius doctrinam audien-
 » dam venire: Ita hæc mulier erit tunc tanquam exemplum constituta, ad
 » rebelles diuinæ vocationi confundendos, & condemnandos, eò quòd face-
 » re neglexerint, quod illa fecit: cum tamen maiora ad id præstandum sub-
 » sidia habuerint, quàm illa. Sed multò est melius, ut eam nunc in exemplum
 » accipias ad feruentem eius conuersionem & obedientiam imitandam stu-
 » dendo ab ipsâ initijs generosum induere cor, ad magna quæque aggredi-
 » da: etsi enim sementis primæ vocationis non statim proferat fructum
 » centesimum; statim tamen animum adijcit ad eum procu-
 » randum, quemadmodum in proximo

c. Mat. 22.
 41.

Tractatu dicetur.

Finis Tractatus Primi.

TRACTA-